

## Oklevelek.

898.

*Moko fia Miklós, Heym fia (Gombási) Jánosnak és rokonainak és Kylián mester (telegdi főesperes) rokonainak az eladott Hódvására két része helyett Ana nevű birtokának egy részét adja, a körülírt határok között. Kelt Gyulafehérvárt a káptalanban 1296.*

(C)apitulum ecclesie beati Mychaelis archangeli Transsilvane omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui salutem operatus est in medio terre. Universorum noticie tam presencium, quam posteriorum harum serie declaramus, quod constitutis coram nobis *Nicolao filio Mokou* ex una parte, magistro *Johanne filio Hejm, Gregorio* et *Nicolao filiis Domini* ac *Beke* et *Djonisio*, necnon *Nicolao filio Iwanka* ex altera, cognatis magistri *Kyliani*, idem *Nicolaus* comes filius *Mokou*, pro duabus partibus terre *Heuduasara* vocate, quas duas partes primitus viris prelati se vendidisse asseruit, statuit seu assignavit magistro *Johanni* et cognatis suis, necnon cognatis magistri *Kyliani*, ipsisque acceptantibus separando quandam partem de terra *Ana* nuncupata ac crebris metis distinctam et vallatam, perpetualiter et irrevocabiliter per filios filiorum possidendam eorundem pacifice et habendam. Cujus terre prima meta, sicut partes concordando nobis referunt, incipit de inferiori parte sessionis *Bekes*, ubi sunt due mete, una antiqua, alia nova de terra; deinde tendit juxta silvam *Kejkes*, ascendendo versus meridiem, perveniet ad duas metas terreas, antiquam videlicet et novam; exinde ascendendo per *Kyzebirch*, ubi sunt etiam due mete de terra; et per eundem *Birch* perveniet ad unum collem magnum, in cujus latere sunt due mete terree; ab inde descendendo per alium *Birch*, per silvam perveniet

ad duas metas terreas; et sic cadit descendendo ad superiorem finem silve Ana a parte meridionali; et sic vadit ad metas crebras et revertitur ad primam metam, videlicet ad sessionem Bekes. Obligans se prelatus Nicolaus filius Mokou et suos heredes, viros prenotatos ab omnibus impedire volentibus terram memoratam in propriis sumptibus et laboribus expedire et eosdem in pacifica possessione prefate terre indempniter conservare. In cujus rei testimonium et robur perpetuum ad petitionem parcium litteras nostras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas.

Datum vacante prepositura, gregorio cantore, Paulo custode, Andrea decano ecclesie nostre existentibus, anno domini MC<sup>o</sup>C<sup>o</sup>. nonagesimo sexto.

(Eredetiye hártján, piros sárga selyem sinoron függő pecséttel a *Thorockay család leveles ládájában* T.-Szt.,-Györgyön).

*Jegyzet* : Hódvására és Ana nevű helyek, melyekről az oklevél-szói Alsó-Fejér vármegyében voltak, de a szereplő személyek némelyike székely, így *Kilian mester* telegdi (udvarhelyi) főesperes. (V. ö. a róluk szóló okleveleket Sz. Okltr. III. k. 4—6 l. és IV. k. 5—6 l.)

899.

*Erzsébet ifjabb királyné rendelete a kolozs-monostori conventhez, hogy Szentiváni Miklós utódait, kiket László erdélyi vajda elűzött, a felség-sértésben ártatlanoknak találhatván, Szentivány nevű birtokukba ismét vezesse be. Kelt Visegrádon 1380. jan. 27.*

Elisabeth Dei gratia junior regina Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. fidelibus suis conventui de Colos-Monostira, salutem et gratiam ! Licet magnificus vir Ladislaus vajvoda Transylvanus *Gregorium et Joannem filios Nicolai de Zenthÿvan* et filios ipsorum, ac paellam *Elisaheth* vocatam filiam ejusdem Joannis in quadam infidelitalis nota inculpate, et notare voluerit, ipsosque de dicta eorum possessione *Zenthÿvan* vocatae excluderet et dampna eis non modica praevia ratione intulerit, tamen quia dominus noster rex et domina regina senior mater nostra carissima, et nos una cum praelatis, et baronibus nostris matura deliberatione intra nos

praehabita, praefatos nobiles de Zenthÿvan in praemissa infidelitatis nota, in qua idem dominus Ladislaus vajvoda inculpabat, et notabat, innocentes fore agnovimus, ac innoxius invenimus: Fidelitati igitur Vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Johannes filius Petri de Abafa, vel Joannes filius alterius Petri de Tholdalag, aut Joannes filius Georgii de Kend, sive Johannes filius Pauli de Cheg, seu Mathias de Penkteleke, aliis absentibus homo regius ad faciem praedictae possessionis Zenthÿvan accedendo, eosdem Gregorium et Johannem de filios ipsorum nec non memoratam puellam in dictam possessionem eorum Zenthÿvan vocatam, contradictione quorumlibet, signanter ipsius domini Ladislai vojvodae non obstante in hac parte, reintroducat, et eandem eisdem restituat, perpetuo possidendam. Et tandem seriem totius facti domini nostro regi, vel nobis more solito fideliter rescribatis.

Datum in Vissegrad feria sexta proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli, anno domini milesimo tercentesimo octuagesimo.

(Legújabbkori másolat Szentiványi Kálmán ajándékából, a *sepsiszentgyörgyi, özv. Cserey Jánosné, sz. Zathureczky Emilia úrnő által alapított „Székely Nemzeti Múzeum“ levéltárában* 36—1886. sz. a.)

900.

*Szánthai Laczk Jakab és Thamási Henrik fia János erdélyi vajdák oklevele, mely szerint Árkosi Mihály özvegye Katalin asszony és Chuvi Mihály özvegye Anicz asszony leánynegyedöket Árapatakán Árkosi István fiainak átengedték. Kelt Brassón 1404. máj. 17.*

Nos Jacobus Laczk Zanthow et Joannes Henrici de Tamassy wayvode Transsylvania, nec non comites de Zolnok, memorie commendamus per praesentes, quod nobiles domine *Katherina, Michaelis de Arkws*, ac *Anycz* vocate, *Michaelis de Chuw* (Chunu, Chww?) relicte coram nobis personaliter constitute contesse extiterint, oraculo vive voce in hunc modum, ut ipsae totum jus ipsarum quartale, quod ipsas in possessione *Arapatak* vocata paterna per jure quarta (*így!*) filiali iuxta regni consuetudinem tangero et concernere dinoscitur, nobilibus viris *Andree, Anthonio* et, *Georgio*

filiis *Stephanj*, filii *Michaelis de dicta Arkws* dedissent, donassent et contulissent, imo dederunt, donaverunt et contulerunt per ipsos et eorum heredes ac successores universos jure perpetuo et irrevocabiliter possidendum pariter et habendum coram nobis testimonio praesencium mediante. Ita tamen, ut predicti *Andreas*, *Anthonius* et *Georgius* ipsas dominas vita mundiali perferente de proventibus et obvencionibus dicte porcionis possessionarie quarte filialis fovere et nutrire ac in dominio ejusdem contra quoslibet impeditores protegere et manutenere laboribus ipsorum teneantur, ipsisque ab hac luce decessis eedem porciones possessionarie sive jura quartalia ad praedictos *Andream*, *Anthonium* et *Georgium* ac eorundem superstites devolvi debeant ac pleno jure redundare.

Datum Brassovie in vigilia festi Pentecostes, anno domini millesimo quadringentesimo quarto.<sup>1</sup>

(A gy.-fehérvári káptalan 1404. oklevele (ld. alább a 901. sz. a.) átiratában, a *Geréb János úr birtokában S.-Szt.-Györgyön levő másolatból* leírta Nagy Géza a Székely N. Múzeumnak 116—1888. sz. a.)

#### 901.

*A gyulafehérvári káptalan átírja Szántai Lack Jakab és Thamási Henrik fia János erdélyi vajdák levelét, mely szerint Árkosi Mihály özvegye és Chuví Mihály özvegye leánynegyedeket Árapatakán Árkosi István fiainak átengedték. Kelt 1404. jun. 11.*

Capitulum ecclesie Transsilvane omnibus Christi fidelibus, tarn praesentibus. quam futuris praesens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. Ne rei gesta memoria successu temporis simul cum tempore dilabatur, proinde honoraria sagacitas consuevit literarum patrocinio roborare. Proinde ad universorum notitiam

<sup>1</sup> Az oklevélben szereplő személyek leszármazása:

Katherina  
(Árkosi Mihályné)

Anycz  
(Csuvi Mihályné),

Árkosi István  
András, Antal, György,  
de Árapatak.

(Utódaik „Árapataki Geréb“ néven.)

harum serie volumus pervenire, quod honorabilis vir dominus *Blasius Siculus* archidiaconus de *Wgocha*, socius el concanonicus noster, in personis *Andree*, *Anthonii*, et *Georgii*, filiorum *Stephani*, filii *Michaelis de Arkws* ad nostram accedens praesentiam exhibuit nobis quasdam liferas patentes magnificorum virorum dominorum *Jacobi* et *Johannis* wayvodarum Transilvanorum et comitum de Zolnok tenore infrascripti (*így!*) petens nos debita cum instantia, ut ipsas de verbo ad verbum conscribi et in formam nostri privilegii redigi faceremus et pro prefatis Andrea, Anthonio et Georgio filiis Stephani concedere dignaremur ad cautelam. Quorum tenor talis est: *Nos Jacobus Laczk* stb. (Ld. az 1404 máj. 17. kelt oklevelet fentebb 900 sz. a.)

Nos enim petitionibus eiusdem domini *Blasii* iustis et legitimis annuentes, tenorem predictarum literarum omni integritate pollentes de verbo ad verbum transcribi ac praesentibus inseri fecimus pendentisque sigilli nostri munimine roborari.

Datum in festo beati Barnabe apostoli, anno d(omi)ni millesimo quadringentesimo quarto, honorabilibus et discretis viris dominis Georgio Lepes preposito. Joanne cantore, Michaele custode et Marco decano canonicis ecclesie nostre existentibus.

(A Geréb János birtokában Sepsiszentgyörgyön levő egykorú másolatból leírta Nagy Géza a Székely Múzeum számára. 116—1888. sz. a.)

902.

*Dobokai János és Sztrigyi Péter erdélyi alvajdák rendelete a gyulafehérvári káptalannak, hogy Árkosi István fiait Árvapatak község negyedrészébe bevezessék. Kelt Szent Imrén 1407. decz. 16.*

Amicis bonis honorandis Capitulo eclesie Transilvane Joannes de Doboca et Petrus de Strigh vicewayvode Transilvani amiciciam paratam cum honore. Dicit nobis *Andreas*, filius *Stephani de Arkws* sua ac *Anthonj* et *Georgj* fratrum suorum in personis, quod ipsi in dominium cuiusdam porcionis possessionarie, videlicet recte quarte partis possessionis *Arwapataka* vocate apud manus ipsorum habite legittime vellent introire, si contradictio cuiuspiam ipsis non obviaret in has partes; super quo vestram requirimus ami-

ciciam praesentibus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente *Nicolaus* filius *Tjyl de Nyen*, aut *Petrus*, filius *Benedicti de Bodola*, vel *Georgias*, filius *Michelis De Hydvegh*, aliis absentibus homo noster ad faciem praescripte quarte partis possessionis Arwapatak vocate vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis el praesentibus accedens introducat praefatos *Andream*, *Anthonium* el *Georgium* ad praescriptam quartam partem possessionis Arwapataka, statuatque eandem eisdem *Andree*, *Anthonio* et *Georgio* eo jure, quo ad ipsos dinoscitur pertinere cum universis eiusdem utilitatibusque perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum. Contradictores vero, si qui fuerint, citet ipsos contra annotatos *Andream*, *Georgium* et *Anthonium* nostram in praesenciam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros et post haec ipsius possessionarie introductionis et statutionis seriem cum nominibus contradictorum et citatorum, si qui apparuerint in termino assignato, nobis amicabilem rescribatis.

Datum in Zentemreh sexta feria proxima ante festum beati Thome apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo septimo.<sup>1)</sup>

(A Geréb János úr birtokában levő egykorú másolatból leírta Nagy Géza a Székely N. Múzeum számára 116—1888 sz. a. A gyulafehérvári káptalan 1408-iki átíratából. Ld. alább 903. sz. a.)

903.

*A gyulafehérvári káptalan jelentése Dobokai János és Sztrigyi Péter erdélyi alvajdáknek Árkosi István fiai Árvapatak község negyedrésszébe beiktatásáról. Kelt 1408. febr. 11.*

Capitulum ecclesie Transsilvane omnibus Christi fidelibus tarn praesentibus, quam futuris praesens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus

1) Az oklevélben szereplő személyek:

I. Stephanus de Arkws; fiai:	II. Nyéni Thyl	III. Bodolai Benedek
Andreas, Anthonius, Georgius.	Miklós.	Péter.
de Árvapataka (Utódaik „Árapataki Geréb“ néven.)	IV. Hydveghi Mihály	
	György.	

pervenire, quod nos literas nobilium virorum magistrorum *Joannis de Doboka et Petri de Strigh* vicewayvodarum Transsylvanorum recepimus in hec verba: *Amicis bonis honorandis* stb. (Ld. az 1407. decz. 16. kelt oklevelet fennebb 902. sz. a.)

Nos eisdem potitionibus eorudem vicewayvodarum annuentes, unacum *Petro filio Benedicti de Bodola*, homine ipsorum nostrum hominem videlicet dominum *Michaelem* presbiterum, plebanum de *Kwrwspatak* ad praemissa exequanda duximus transmittendum, qui demum exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi tertia feria proxima post festum circumcisionis domini nostri proxime preteritum ad faciem predictae possessionis *Arwapatak* vocate personaliter accessissent, ac vicinis et commetaneis eiusdem circumquaque legitime convocatis ipsisque presentibus quartam partem ipsius possessionis *Arwapatak* eisdem *Andree, Anthonio et Georgio*, filiis *Stephani* de *Arkws* statuissent perpetuo possidendam, penitus nomine contradictore apparente, tribus diebus continuis juxta regni consuetudinem ibidem moram, facientes.

Datum sabbato proximo post festum beate Scholastice virginis, anno domini millesimo quadringentesimo octavo, honorabilibus et discretis viris dominis *Georgio Lepes* praeposito, *Joanne* cantore, *Michaele* custode et *Blasio Siculo* archidiacono de *Hwgocha* decano canonicis ecclesie nostre existentibus.

(A *Geréb János úr birtokában levő egykori másolatból* leírta Nagy Géza a Székely Nemzeti Múzeum számára 116—1888. sz. a.)

904.

*Zsigmond király ítéletlevele Árapataki János özvegye és Árapataki Antal birtokügyében Árapatak falujában. Kelt Brassón, 1427. jun. 24.*

Nos Sigismundus Dei Gratia Romanorum rex, semper augustus ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc rex, memoriae commendamus, quod nobis unacum baronibus nostris, pro faciendo nobis conquerentibus iudicio moderato pro tribunali consedentibus, nobilis domina *relicta quondam Joanni Árapataki* presente et audiente *Antonio de eadem* contra eundem Antonium proposuerat.

eo modo, ut idem Antonius ipsam mortuo Joanne marito suo de ipsa possessione Arapataka exclusisset, eandem possessionem pro se ipso in toto occupando, occupatamque detineret indebite, et minus iuste in suum praepjudicium valde magnum, ex parte cuius iudicium habere vellet, jure exigente. Idemque Antonius coram Nobis ac dictis praelatis et baronibus nostris personaliter ut praefertur adhaerens responderat, quod ipse dictam dominam relictam annotati quondam Joannis de Arapataka de ipsa possessione indebite non exclusisset, nam ipsa domina in eadem possessione et domibus dicti quondam Joannis mariti sui moraretur, ipse autem quartam partem eiusdem possessionis legitime possidet et ibidem in horum documentum duas litteras: unam fidelium nostrorum magnificorum Jacobi Laczk de Zanthow et Joannis filii Henrici de Tamassy vajvodarum nostrorum Transylvaniensium Brassoviae in vigilia festi Pentecostes anno Domini millesimo quadringentesimo quarto, qua mediante nobiles domina Catharina Mihaelis de Arkos et Annich vocatae, alterius Mihaelis de Csurá (így !) relictæ, coram ipsis vaivodis nostris personaliter constitutæ, totum jus earum quartale, quod ipsas in possessione Arapataka vocata paterna juxta regni nostri consuetudinem tangeret, Andreae, Antonio et Georgio filiis Stephani, filii Mihaelis de dicta Arcus in perpetuum dedissent sub conditionibus litteris in eadem expressatis patentibus; et aliam capituli ecclesiae Transylvaniensis sabatho proximo post festum beatae Scholasticae virginis anno domini 1408. super legitima statutione ipsius quartae partis praeattactae possessionis Arapataka nuncupatae, pro ipsis Andrae ec Antonio et Georgio facta privilegialiter confectas, nostram eorundemque praelatorum et baronum nostrorum produxit in conspectum; quibus productis et praesentatis, ipsisque partibus eis in praemissis, per nos juris aequitatem impetrari postulantibus, quia usque decisionem alterius causae in facto eiusdem possessionis Arapataka, inter praefatum Antonium uti in causam attractum ab una ac *Antonium* filium *Aegidii* et alterum *Antonium* filium *Miko* de *Hidvég* veluti actores parte ab altera, coram Nobis vertentis, praefatus Antonius de ipsa quarta parte dictae possessionis Arapataka vocatae, sibi et dictis suis fratribus per annotatas dominas data legitime statuta, tribus partibus eiusdem possessionis infra tempus praenarratum apud manus dictae dominae derelictis remanere debere, nobis a dictis praelatis ac baro-

1404.  
máj. 17.  
(900.)

1408.  
febr. 11.  
(903.)



nibus nostris cernebatur pro eo, cum nos ad sequestrandam ipsam quartam partem dictae possessionis Arapataka a dictis aliis tribus partibus eiusdem apud manus praefatae dominae ..... fideles nostros honorabiles viros magistros Benedictum de Borh et Vsaram (?) de Komháza canonicos ecclesiae beatae Mariae virginis Albae Regalis homines nostros speciales destinassemus, ex tunc quia iidem ad nos redeuntes se in vigilia festi corporis Christi nunc praeteriti ad faciem dictae possessionis Arapataka nuncupatae accessisse, et pro quarta parte ipsius in linea meridionali, et a fine orientali versus occidentem duas medias curias, unam in qua *Petrus More*, et aliam in qua *Elias* morarentur, item in alia linea, scilicet aequilonali eiusdem plateae consimiliter a fine orientali, et modo simili versus occidentem tres curias, in quarum una *Petrus* filius *Georgii*, in alia *Daniel*, et in tertia *Vincentius* resident ..... declinando ad lineam simplicem orientalem, et a fine eiusdem meridionali versus acquilonem tendendo curias infrascriptas, puta in quarum una *Nicolaus Sartor*, in alia *Georgius Thoth*, in tertia *Andreas Gotshmann*, in quarta *Petrus Glotz*, in quinta *Joannes Firke*, in sexta et uno tertiali *Petrus Sánta* et *Urbanus*, item in tribus quarlalatibus septimae curiae *Martinus*, in octava vero *Joannes Sartor* habitarent, praelibato Antonio possidendas statuisset nobis retulerunt. Igitur nos hac relatione ipsorum nostrorum hominum facta percepta, suprascriptas curias praenotato Antonio per praedictos nostros homines, modo praemisso statutas, cum omnibus ipsarum utilitatibus, et pertinentiis eidem Antonio usque tempus praenarratum relinquimus, et committimus praemisso jure sibi incumbente possidendas et tenendas harum nostrarum literarum testimonio mediante.

Datum Brassoviae feria tertia proxima post praelatum testum sacratissimi corporis Christi, anno eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, Regnorum nostrorum ann Hungariae etc. quadregesimo et Bohemiae septimo.

(Mult századi másolat a Székely Nemzeti Múzeumban S.-Szt-Györgyön, Geréb János úr ádományából 83 1888. sz. a.)

905.

*A gyulafehérvári káptalan bizonyáglevelé Árapataki Pataki János özvegyének vallomásáról, hogy őt Árapataki Antal a dos és kelengye felől kielégítette. Kelt 1427. nov. 30.*

Nos Capitulam ecclesiae Transylvanae, momoriae commendamus, quod cum ad instantem petitionem *Antonii filii Stephani de Árapataka* discretum virum, Valentinum vocatum altaristam Sanctae Crucis in dicta ecclesia Transylvana ad audiendam fassionem nobilis dominae *Christinae* vocatae, relictæ quondam *Joannis Pataki de Árapataka*, propter viarum discrimina et fragilitatem sexus coram nobis venire nequeuntis, pro nostro testimonio duxissemus destinandum, idem tandem exinde ad nos reversus, nobis retulit eo modo, quod ipse in die festi beati Martini confessoris nunc proxime praeteriti ad praedictam possessionem *Árapataka* circa eandem nobilem dominam Christina vocatam relictam Joannis Pataki accessisset, ipsaque coram eodem domino Valentino taliter confessa extitisset, quod quia praedictus Antonius filius Stephani de dote et paraphernalibus suis, ex parte praedicti Antonii ratione jurium, seu portionum possessionariarum ipsius quondam Joannis Pataki, domini et mariti sui sibi provenire debentium, juxta consuetudinem regni sibi plenam et integram impendisset satisfactionem ..... ipsa eundem Antonium filium Stephani super praemissis suis dote et rebus paraphernalibus commisisset expeditum. In cuius rei testimonium praesentes litteras nostras eidem Antonio duximus concedendas.

Datum in festo beati Andreae apostoli, anno Domini 1427.

(Mult századi másolat a Székely Nemzeti Múzeumban 83—1888. sz. a. Geréb János úr adományából.)

906.

*A segesvári tanács értesíti Brassó városát, hogy a szászok Kápolnán 1454. szept. 1. országgyűlést tartottak a nemesekkel és székelyekkel, a hol Hunyadi János 500 lovas kiállítását és táborba küldését kívánta tőlük, de mert Brassó nem képviseltette magát, elhalasztották az ügyet a három nemzet Tordára 1454. szept. 15. hirdetett újabb országgyűlésére, a melyre, hogy ők is megjelenjenek, az országgyűlés megbízásából felszólítják. Kelt Segesvárt, 1454. szept. 8.*

Sapientes atque circumspecti viri domini fratres et amici nostri honorandi. Noveritis magistrum civium et judicem nostros

pridem dominica die post festum decollationis beati Johannis baptistae proxime praetentum una cum ceteris provincialibus septem sedium in *Capolna*, cum nobilibus et *Siculis* congregationem generalem celebrasse, ubi per nuncios illustris domini Johannis comitis Bistriciensis etc., ut universi Saxones partium Transsilvanarum quingentos viros equestres armis necessariis fulcitos in exercitualem progressionem appromtuare et expedire deberemus, sumus requisiti, sed ex quo hujus modi negotium vos aequae sicut et nos tangere dinoscitur, propter vestrarum amicitiarum absentiam ac cautiorem deliberationem hoc idem usque ad dominicum diem proximum post festum exaltationis sanctae crucis venturum duxerunt prorogandum. Quapropter certos et potiores ex vobis consilio et prudentia praematuros, plenam et omnimodam in eisdem faciendi habentes facultateni, proxima die dominica praescripta in *Torda* absque negligentia aliquali cum annotatis nobilibus, *Siculis* et provincialibus septem sedium congregationem celebraturam, modis omnibus habeatis constitutos, quod vobis scriptice intimare, nobis in dicta *Capolna* per regnicolas erat commissum.

Datum in Segeswar in festo nativitatis beatae Mariae virginis, anno domini millesimo elc. L. quarto.

Magister civium, iudices et jurati  
consules civitatis *Segeswariensis*.

*Külczim*: Sapientibus et circumspectia viris iudici et juratis civibus de *Brassovia* dominis fratribus et amieis nostris sincere honorandis.

(Eredetije papíron viaszpecséttel a Brassó városi levéltárban »Stenner'sche Urkunden Sammlung«. I. k. nr. 9.)

907.

Az erdélyi három nemzet véd- és dacz szövetségéről szóló oklevél, mely szerint az erdélyi három nemzet nemesség, székelység és szászság Medgyes városában országgyűlésre összejövetén, a király követe Lábathlani János temesi és székelly ispán s Máté erdélyi püspök jelenlétében hét törvényezikket alkottak, melyeket kiküldött biztosaik által a fejevári káptalan előtt írásba foglaltattak. Az 1. t.-cz. megfogadták, hogy szentül megtartják az alábbi határozatokat; 2. egymás jogait, szabadságát, kiváltságait megtartják és kölcsönösen megoltalmazzák;

3. ha valaki az uniót megszegni akarná, vagy annak ellene szegülne, azt fegyverrel is megfékezik; 4. minden elnyomatás, zaklatás, zsarolás, támadás egymásnak tudtára adandó s nyolcz nap alatt egymásnak segélyére sietnek; 5. midőn a király követeket küld Erdélybe, senki azokhoz ne csatlakozzék s azokat szokatlan szolgálmányok és adóztatások teljesíttetésére ne tanácsolja; 6. minthogy a török beütések oly gyakoriak s belső zavarok és mozgalmak is fenyegetik sokszor a lakosokat, ilyenkor a nemesek és székelyek családjaikkal és javaikkal a szász városokba beköltözhetnek, de tartoznak a szászokkal együtt harczolni s egymást kölcsönösen védelmezni; 7. a ki ezeket a szövetségi pontokat megszegné, fő- és jószágvesztéssel bünhődjék, maradékai száműzessenek s az ilyennek vérdíja három dénárra szállíttassék alá. Iratott Gyulafehérvárt 1459. decz. 3.

1459.  
nov. 25.

Capitulum ecclesiae Transsilvane omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod dum hys superioribus diebus proximis in dominica, puta qua inclilae virginis Katherinae annum colebatur festum, nuncio magnifico regiae majestatis *Johanne de Labathlan* Thwmesiensi et *Siculorum comite*, in de et super variis pluribusque et magnae importantiae rebus et negociis paulo ante superveniente, credentiali dumtaxat facultate suffultus, quorum occasione et praetextu propter rerum ipsarum seu legationum, scilicet nuncii praefati majestatis regiae celeriore prout res ipsae et legationes ac magnificentia ipsius nuncii expetebant expeditionem, egregia exspectabilisque necnon strenua et agilis atque circumspectissima universitate tota nobilium ac procerum *Siculorum* quoque omnium generum necnon Saxonum sedium singularum septem totius partis hujus seu regni Transilvanensis in seu ad opidum Megyes in unum pariter convenientium et generalem facientium congregationem, reverendo etiam in Christo patre et domino domino Mathco episcopo Transilvano, domino et praelato nostro dignissimo personaliter ibidem existente, ac statutis tassionibus et dispositionibus ut infra nominibus et in personis totius universitatis nobilium, *Siculorum* et Saxonum totius partis Transilvanae factis, quoad omnes earundem sensus clausulas et articulos consensum et assensum sponte et libere praebendos, praesentibus etiam ibidem venerabilibus dominis Gothardo praeposito nostro, necnon Nicolao de Kkwllw, et Dominico de Doboka, archidiacono

nis, fratribus et concanonicis nostris, nostra capitulari auctoritate per nos pleno cum mandato illac deputatis et transmissis, egregii, spectabiles ac strenui et agiles necnon circumspectissimi viri Johannes filius Dyonisii de Ilÿe, Ladislaus de Ffolth, item Martinus de Nagÿlak et Andreas Chÿko de Veresmoth, necnon Jacobus magister civium ac Johannes Zwlnđ et alter Johannes Bogachÿ, jurati cives civitatis Cibiniensis pro se in personis propriis ac universitate totius communitatis singulorum nobilium pro totaque communitate omnium trium generum singulorum sedium *Siculorum*, necnon Saxonum omnium regalium, in et sub septem ac duabus sedibus Saxonicalibus nihilominusque civitatibus Brassoviensi et Coloswar earundemque contratis districtibus et pertinentibus ubilibet constitutis et commorantibus, nominibus et in personis cum literis procuratoriis dictorum nobilium sigillo vicewaywodarum praecedentium sigillatis, in nostri personaliter venientes praesentiam, et eisdem coram nobis comparentibus, fassum extitit per eosdem conformiter et relatum.

In *primo articulo* in hunc modum. Quoniam ipsa tota ac universalis communitas nobilium, Siculorum ac Saxonum omnium suas subinsertas ordinationes, dispositiones et statuta, quae eominus firma perpetuitate fixaque stabilitate euiplene (így !) irrevocabiliter perdurarent, ea omnia et singula, quae ipsa universitas tota deliberatione matura in praenotata congregatione seu conventione generali sub firma sincerae fidelitatis coronae sacrae regni Hwngariae semper observandae confidentia ordinassent, statuissent, egissent et decrevissent, et ut infra fixo proposito et perseveranti animo conclusissent secundum suas modificationes et distinctiones infra-scriptas fide ipsorum christiana deo et dictae coronae sanctae debita mediante tenerent, observarent et inviolabiliter persequerentur et constanter persisterent in eisdem.

*Secundus articulus fassionis* per eosdem factae is est. Quoniam ipsi homes et singuli nobiles, Siculi, Saxones, tota quoque eorum universitas et communitas adunata volentes omnino et intendentes, prout et velle decet, eorum ac prolium et posteritatum suarum tranquiloni statu ac comodo uberiori paeceque prosperiori et nihilominus rerum et honorum suorum praeservatione pacifica omni qua possunt efficacitiam perspicacius providere, in eorum ob hoc omnibus et singulis praerogativis libertatibus et privilegiis an-

tiquis, olym per eorum paedecessores non sine laboriosissimis serviciis aquisitis et obtentis, quo ad omnes ipsarum libertatum et privilegiorum suorum articulos, clausulas et modificationes voto parili ac voluntate unanimi libere persistere perseverareque et permanere promisissent atque assumssissent, imo assumserunt et polliciti sunt coram nobis, fide eorum, ut supra deo debita mediante.

Hoc *tertio articulo* notanter adjecto. Quod servi vel quis ex ipsis et alias quipiam acolarum incolarumque sive forensium contra hoc fedus unionis pari voto consensuque et assensu unanimi fidei pacto, ut praefertur firmate infringere et se insidiosae ac alias quocunque exquisito colore opponere et haec ipsa superius inferiusque tacta niterentur et attentarent infringere, in toto vel in parte, extunc praenominatae nobilium, *Siculorum* et Saxonum universitates se coadunantes simul et semel nulla dyscrepante, contra talem contrariam seu unionis concordiaeque et dispositionis hujusmodi confoederatae pactum rumpere et infringere praesumentem seu praesumentes consurgere ejusque versutias brachio forti conterere, ac deinde in defensionem et sublevamen oppressi seu oppressorum intendere teneantur et accelerare.

*Quartus iste fassionis est articulus.* Quod cum regnum hoc totum Transilvane nedum parcialiter scilicet universaliter importunitatibus, non nunquam vexationibus agitetur, variisque rebus adversis, inopinatisque vastationum impetitionibus undique conquassatur et casibus atteritur impraerermisse asperrimis, statuissent pro eo ac disposuissent pari et unanimi singulorum voto, quod si adversa aliqua oppressionesve aut nociva impedimenta quaevis praedistinctis partibus, nobilibus sicut aut *Siculis* vel Saxonibus seorsum seu particulariter sive communiter emergi contingant et eveniri: in posterum per quoscunque extunc partes ipse in alterutrum, puta nobiles *Siculis* et *Siculi* Saxonibus necnon waywodis ipsorum ac comitibus Siculorum et eorum vices gerentibus, item capifaneis per universitates praefatas ad hoc constitutis et deputatis suas quasvis impetitiones, injurias adversiones ac quorumcunque nocumentorum tunc ingruentium casus inotescere, significare, intimare et notificare teneantur et debeant. Quibus sua serie sic ut praefertur reintimatis et significatis, statim die octava notificationis hujusmodi, mora protelationeque ac dissimulatione et

occasione omni postergata, in oppressi seu oppressorum, qui tunc forent, adiutorium et succursum secundum rey exigentiam potenti virtute venire praepoperent ac adesse debeant celeriter et teneantur.

*Fassio quinta articalata haec est.* Quod dum et quum seu quotiescunque lapsu temporum regalis excellentissima serenitas nuncios seu legatos suos, prout supra, opportunitate quavis ingruente, ex suis baronibus sive magnatibus partes ad istas seu regnum hoc Transilvaniae transmitteret et extiterit transmissura: tunc huic tali nuncio regio potenti et ejus cetui nullus omnino ex nobilibus scilicet, neque ex *Sicalis* aut Saxonibus totius partis seu regni hujus, cujuscunque condicionis et status sit, se adjungere debeat, seu quavis ratione aut adinvento colore inherere eidem et dolose admiscere, ipsum quoque nuncium regium seu baronem ad descensus inconsuetos sive victualia inusitata, neve alias inusitatas quascumque inconsuetas exacliones novitate quavis inducta faciendi, petendi et extorquendi inducere, informare ac swasum reddere sin securum facere praesumat et attentet.

*Articulus is sextus fassionis* subsequenter insertus est. Quod quia de meritis ut verisimile est eorum exigentibus jamjam impraetermisse immanium Turcorum crebrescentibus insidys, spolys, praedisque ac vastacionibus varys et alias pervastacionibus undique exicialibus etiam per abductiones crebras parentum, liberorum, conjugum, fratrum, proximorumque eorum in captivitatem perpetuam et execrabilem proh dolor servitatem, nihilominusque rerum omnium et bonorum ipsorum depraedationes innumeras ad ultimum usque et numero et domesticis bonis essent et forent ad modum immi-nuti, praeterea nempe, quod deterius, afflictiusque sufferent et pate-rentur, internis etiam gwerrarum bellis dissensionibusque et accer-rimis simultatibus, necnon inimiciis intestitinis praecedenter attriti saepenumero extitissent et affligerentur, in praesentiarum horum equi-dem omnium considerationem perspicua volentes per omnia et accuratius intendentes, prout congruit eorum reipublicae et com-muni utilitati, opportune, efficacius providere et viam tanti mali in-opinati forti vallacione praeccludere: universali decreto statuissent, ymmo statuerunt et disposerunt irrefragabiliter pro semper ob-servando, quod nobiles et Siculi, tam eorum proprys in personis, quam conthoralibus, prolibus, orphanis et viduis, rebusquo cunctis

ipsorum et bonis ad civitates Saxonicales ac alias quascunque mallent municiones patulum semper obtineant ingressum, accedendique, intrandi, confugiendi et ingrediendi tutelae et defensionis causa securam semper absolutamque et pacificam facultatem habeant et auctoritatem libertatis. Tali pacto et condicione expressius subinsertis, quod nobiles ipsi atque *Siculi* universi unacum Saxonibus eivitatensibus, scilicet conprovincialibus singulis, omnium adversitatum, gwerrarum, insidiarum et inimicorum quorumcunque insultantium, temporibus, secundum quod res ipsa exiget, belligerantium more armis resistenciae praecincti simul et pariter campum egredientes rabidis ipsorum inimicorum insultibus obviare atque resistere, seque eisdem strenue opponere debeant et obligentur, mutuisque auxiliis sese protegere sint constanter astricti.

*Tali adjuncta in hoc ultimo articulo pena,* Quod si quis seu quipiam partibus ex ipsis, sicut nobilibus, *Siculis* et Saxonibus status, dignitatis, condicionis, privilegij et praeminenciae (igy !) cujuscunque sit, hys praemissis omnibus superius articulatis aut singulis praemissorum in toto vel in aliqua ipsorum parte, exquisito quovis colore aut fictis. adinventionibus, praesumptionibusque seu dolo sin temeritate, quibus motus vel moti contravenire attentarent, praescripta modo quo supra articulatim connotata aut praeconnotatorum alterum in sui parte tota vel singulari infringere mollituri, tunc talis seu tales refragatores ruptores, contravenientes, atque de facto contrariantes damna capitali rerumque omnium ac bonorum suorum et possessionum ammissione, eo facto sint plectendi, ipsorumque talium haeredes et posteritates exhereditati perpetue habeantur, et exilio relegati, praeterea quoque humagium talis seu talium refragatorum et insultantium trium tantum modo denarum simplicium valore exolvatur. Quibus quidem fassionibus articulatis et suis modificatis, ut supra clausulis, per praenominatos nobiles, *Siculosque* et Saxones in eorum ac totius universitatis nobilium Siculorumque et Saxonum hujus regni, personis et nominibus ut praefertur factis, ydem litteras nostras privilegiales sigillo nostro communitas, sibipsis summe nominatas per nos duri insiantes postularunt, quas nos eisdem juxta ipsorum petitiones rationi consonas sigilli nostri pendentis et autentici munimine vallatas dandas duximus et concedendas. In fidem et testimonium omnium



praemissorum datum feria secunda proxima ante festum beulae Iturbarae virginis anno domini millesimo nono, venerabilibus honorabilibusque et discretis viris dominis Gothardo preposito nostro praenominato, Anthonio decretorum doctore cantore, Mathed similiter decretorum doctore custode, Emerico archidiacono de Thorda deano ceterisque canonicis diclae ecclesiae nostrae salubriter existentibus et devote.

### *Hátán.* Confoederatio nobilium Saxonum et Sicularum 1459.

(Eredeti hártján, sárga selyemzsinóron függő viaszpecséttel, a Brassó városi ltrban, az oklevelek közt 153. sz. a.)

908.

*Horogszegi Szilágyi Mihály Besztercze örökös grófja és Erdély kormányzója a (Székely)-Földvár falusi nemeseknek, Nagyszeben város tanácsa panaszára, hogy Ők két szebeni polgárt, kik Buzáról a vásárról haza igyekeztek, elfogtak s csak pénzváltásért bocsátottak szabadon, meghagyja, hogy jövőre minden jogtalanságtól tartózkodjanak s ha panaszkodnak, törvényesen keressék Szeben széke előtt. Kelt Gyöd (Diód) várában 1460. apr. 9.*

*Michael Zilagy de Horogzeg comes perpetuus Bistriciensis ac partium Transsilvanarum gubernator, nobilibus in possessione Fewldwar<sup>1)</sup> vocata commorantibus salutem et dilectionem. Querelam prudentum iudicis et iuratorum civium Cibiniensium recepimus continentem, quo modo vos his proxime transactis temporibus, nescitur quo ducti spiritu, ipsis cum rebus et bonis eorum de nundinis tunc temporis in oppido Bwza celebratis, versus propria remeare volentibus, potentialiter ac manibus armatis in eos irruentes, duos eorum consocios per vos captos, diris vinculis incarceratos, alios*

<sup>1)</sup> Földvár három is van Erdélyben. Az egyik Földvár a legnagyobb, (Marienburg), Brassóvármegyében, egy F. (Feldior) Fogarasvármegyében; a harmadik Székely-Földvár Torda-Aranyos vármegyében, a Székely-Kocsárdról nevezett vasúti állomás mellett. Az oklevélben említett Solnok-Doboka vármegyei Búza és Szeben város útjában ez a legutóbb említett Földvár fekszen, s nemességről is leginkább ebben lehetvén szó (ma is több curia van benne), nem a szász, vagy oláh Földvárra, hanem erre a Székely-Földvárra kell az oklevélnek vonatkoznia.

autem unacum ipsorum rebus et bonis impellentes, praefatos autem duos eorum consocios de ipsorum vinculis pecunialiter redimentes coacti sunt. Quiquidem *Cibinienses* innoxii antequam se impelli permisissent duobus e vestri medio interfectis, quorum homagia praefati Cibinienses etiam compulsi exsolverunt, his non contenti eisdem Cibiniensibus dietim minas et molestias minus iuste imponeretis in ipsorum detrimentum et damnum valde magnum. Super quo vobis auctoritate nostrae gubernationis firmiter committimus et mandamus, aliudque habere nolentes, quatenus de iniuriis ac damnis per vos ut praefertur eisdem Cibiniensibus minus iuste illatis, satisfacientes, ipsosque a modo deinceps nullomodo impediatis, sed eosdem cum eorum rebus et bonis in ipsorum progressu libere, pacifice ac sine aliquali impedimento transire et reverti permittatis et permitti faciatis. Si quid autem quidquam actionis contra eosdem *Cibinienses*, aut eorum alterum habueritis, id coram sede *Cibiniensi* legitime persequamini, ex parte quorum iuris complementum vobis exhibere debebunt. Secus facere non ausuri. Praesentibus perceptis exhibenti restitutus.

Datum in castro nostro *Gyod*, in magna quarta feria, anno domini milesimo quadringentesimo sexagesimo.

(Eredeti je papíron a Nagy-Szeben városi levéltárban. II. 212. sz. a.)

909.

*A kolozsmonostori convent levele az Aranyosszék és a Thoroczka nemesek birtoka közt történt határjárásról, melyet a Thoroczkaak részéről. Farnasi Veres Benedek, Aranyosszék részéről Váralji Domokos hajtottak végre. Kelt Kolozsmonostoron 1464. nov. 7.*

(Kiadta Szabó Károly a Szék. Oklevéltár I. k. 200—202 l. a kolozsmonostori convent 1622. nov. 7. hiteles átiratából, megjegyezvén, hogy maga az 1464-iki eredeti példány a gy.-fehérvári káptalan levéltárában van. Én két más hiteles átiratban találtam meg a Thoroczka család torockószentgyörgyi levéltárában. Az egyiket kiadta a kolozsmonostori káptalan Szapolyai János erdélyi vajda rendeletéből Thoroczka Ferencz kérésére az ő Thorockó vára, thorockai és szentgyörgyi birtoka és egyéb birtokai jogai védelmére az 1517 esztendőben szt. Gergely pápa napján (márcz. 12.) Szapolyai ugyanabban átirat rendelele kelt Kolozsvárt, 1517. Máthé ap. napja után pénteken (febr. 27.) Eredeti, hártján.

Egy másik kiadványa megvan ugyanott, melyet Rákóczy György fejedelem Gy.-Fehérvárt 1648. nov. 23-án kelt rendeletére Thoroczkó város bírája és esküdtszei kérésére a kolosmonostori káptalan 1649-ben Renimiscere vasárnap utáni szerdán keltezve (márcz. 3.) adott ki. Eredeti papíron.)

Lényegesebb eltérés ezek és a Sz. K. által kiadott között nincs. Az 1517. és az 1622. átiratban álló *Apathewrenye* helyett (melyet Sz. K. *Apát-örvényé*-re magyaráz, minthogy ma is *Örvénykő* nevű községet áll azon a helyen) az 1649. kiadásban *Apathewrewe* áll (mely *Apatóréve*-nek volna, olvasandó.) Az 1622-ben *El* az 1517 és 1649-ben *eel* van. A *Kewzirrh, qui mons Warkeöue* szavak (melyből Orbán Balázs, Gál László közlése és gr. Kemény J. hibás másolata alapján a famosus *Kengürth* nevet adta a Székelykőnek) az 1517. és 1649. átiratban *Kewzirrh, qui mons Warkewe* formában vannak meg. A *Kapws* szó emitt *Capws* alakban áll.)

910.

*Mátyás király Sepsi, Orbai, Kézdi, Csik és Gyergyó székbe kiküldött ítélőbírái (Bodó Miklós gy.-fehérvári prépost, Györgyi Bodó Gáspár tolnai főispán és Dersánovczy György kir. személynök és országbíró) midőn Kézdi-székben Torja- Vásárhelyen székgyűlést tartottak, a brassai bíró azzal a panaszzal járult eléjük a kézdíszéki hadnagy és a székelyek ellen, hogy vasat és más kereskedelmi cikket csak úgy engednek Moldovába, átvinni a határon és onnan egyebet behozni, hogy ha fizetnek érte; felmutatta egyszersmind Zsigmond király 1419-iki a Székelyföldön át szabad kereskedést biztosító levelét; melyre a székelyek azt felelték, hogy ők nem követeltek a szászoktól ajándékot, de Mátyás király meghagyta a határszéli székelyeknek, hogy vasat, fegyvereket Moldvába kivinni ne engedjenek s nem is engedtek; erre Nyujtódi Domokos a szent keresztre megesküdött, hogy a szászoktól ajándékokat nem követeltek s hogy a tilalmazott árukon kívül egyébvel szabadon kereskedhettek. Itélték azért, hogy ezután is minden fizetés nélkül szabadon kereskedhessenek mindennel, kivéve a vasat, és fegyvereket. Kelt (Kézdivásárhelyt) 1462. nov. 21*

Nos Nicolaus Bodo prepositus ecclesiae Albensis, secretarius cancellarius regtus ac Gaspar similiter Bodo de Gyeorgy comes comitatus Tholnensis, et magister Gregorius de Dersanovcz personalis praesentiae ac iudicis curiae regiae majestatis prothonotarius per serenissimum principem dominum Mathiam dei gratia regem Hungariae, Dalmaciae, Croaciae etc. dominum nostrum naturalem gratiosum in *Sepsy, Orbay, Kyzdy, Chyk et Gyorgio* in persona ejusdem iudicis deputati, memoriae comendamus tenore praesentium significantes quibus expedit uni-

1462.  
nov. 18.

versis, quod in congregatione nostra generali universitati eorundem *Siculorum dictae sedis Kÿzdÿ* feria quinta proxima ante festum beatae Elisabeth viduae de speciali comissione ejusdem domini nostri regis prope opidum *Thorÿa Vasarhel* unacum juralis nostris assessoribus celebrata, circumspectus Petras Wÿroh juratus civis civitatis Brassoniensis de medio aliorum in nostram exurgentes praesentiam, sua ac circumspectorum et prudentum virorum judicis juratorum ceterorumque civium et inhabitatorum ejusdem civitatis Brassouiensis et pertinentiarum ejusdem universorum nominibus et in personis contra *belliductorem Siculorum dictae sedis Kÿzdÿ* ac juralos et seniores necnon alios universos Siculos ad dictam sedem Kÿzdÿ pertinentes proposuit eo modo, quod quamvis ipsi et eorum quilibet antiqua ipsorum libertate exigente ferramenta in labore existentia et alias res ipsorum mercimoniales per ipsorum medium ubilibet et signanter in opido *Thorÿa Vasarhel* versus partes Moldaviae absque omni solutione et exactione ac molestia ad ipsas partes Moldaviae deferre et abinde consimiliter res mercimoniales cujuscunque generis existant apportare et apportari facere, semper liberi exstiterint et securi, tarnen nunc ipse belliductor ac seniores et judices ipsorum Siculorum in dicta sede Kÿzdÿ existentes hujusmodi libertate eorundem civium et inhabitatorum dictae civitatis Brassouiensis et ad eos pertinentium non curata sed introducta quadam abusiva et inusitata consuetudine ipsos et eorum alterum cum hujusmodi ferramentis ac rebus el bonis mercimomialibus eorundem et venalibus pacifice el, sine solutions ire et redire non permitterent, sed in ipso opido *Thorÿa Vasarhel* ac via ejusdem partis Moldaviae ab eisdem civibus scilicet rebus et bonis ipsorum mercimomialibus et ferramentis quandam pecuniariam solutionem et exactionem nomine honoris sen muneris collateralem quae ultra el plus quam justum tributum alias solvent dictarent, etiam cum ipsorum dampnis et gravaminibus exegissent et extorsissent, exigereque non cessarent etiam depraesenti potentia ipsorum mediante, in praejudicium et derogamen libertatis eorundem exponentium et dampnum valde magnum et in horum verborum suorum dietaeque libertatis et consuetudinis ipsorum comprobationem idem Petrus Wÿroh juratus civis Brassouiensis quasdam litteras praeceptorias serenissimi principis condam domini *Sigismundi* Romanorum et Hungariae etc. regis praecessoris nostri recolendae memoriae Cassouiae secundo die festi penthe-

costes anno domini *millesimo quadringentesimo decimo nono* reg-<sup>1419.</sup>  
norum suorum anno Hungariae etc. tricesimo tertio, Romanorum vero <sup>jun. 5.</sup>  
nono ad relationem condam domini Benedicti similiter propositi ecclesiae  
Albaeregaliae patenter emanatas nostra judiciario examini curavit de-  
monstrare, in quibus inter alia vidimus contineri, quod idem  
condam dominus Sigismundus rex universis et singulis *Siculis*  
*suis regalibus ad sedes Sepsy et Kyzdy* praedictas per-  
tinentibus firmissimo suo regio edicto dedisset in mandatis, seri-  
ose, ut ipsi eosdem cives Brassouienses et ad ipsos pertinentes  
in delatione et apportatione hujusmodi ferramentorum et aliarum  
quarumcunque rerum et, bonorum ipsorum mercimonialium cujus-  
cunque generis et maneriey existant per eosdem hincinde fienda  
in nullo impedire seu quovismodo molestare et nec aliqua munera  
colleteria ratione praevia ab ipsis et ad ipsos pertinentibus  
quocumque temporum in successu innitae vel aliter qualitercunque  
exigere et extorquere praesumpserent, sed eosdem etquemlibet eorum  
semper et omni tempore cum hujusmodi rebus et bonis ipsorum  
mercimonialibus cujuscunque generis et maneriey existant per medium  
et tenutas ipsorum ad dictas partes Moldaviae ire et redire per-  
mittere et permitti facere, non obstantibus etiam aliis suis litteris  
in contrarium earundem litterarum suarum alias *Sandrino Siculo*  
*Bongo dicto sedis Kyzdy* et filiis suis datis et emmanatis, debe-  
rent et tenerentur. Quibusquidem litteris exhibitis propositionibus-  
que praefati Petri Vyroh jurati civis Brassouiensis auditis et intel-  
lectis, *Demetrius de Nyoythod ac Matthias Bekes et Do-*  
*minicus de eadem Nyoythod* de medio aliorum in eandem  
nostram exurgentes praesentiam in ipsorum ac aliorum univer-  
sorum Sicularum praetactae sedis Kyzdy nominibus et perso-  
nis responderunt ex adverse, quomodo ipsi ab eisdem civibus  
civitatis Brassouiensis, et nec ad ipsos pertinentibus scilicet neque  
de rebus et bonis ipsorum mercimonialibus nec nomine honoris ali-  
quod munus collateralis et neque aliter aliquam solutionem pecu-  
nariam exegissent, et neque eosdem et ad ipsos pertinentes ad eius-  
dem solutionem arctassent et compulsissent, sed hoc verum esset,  
quod ipsi Siculi in confinibus et metis partium Moldaviae existentes  
a praefacto domino nostro Mathia rege aliisque praedecessoribus suis  
regibus Hungariae specialiter habuissent in commissis, ut nulli om-  
nino hominum cujuscunque nationis et linguagij sint et existant,

ferrum, calibem, arma et alia bellicosa ingenia ad ipsas partes Moldaviae ex hoc regno deferre et exportari permittere deberent, sicque ipsi Siculi eisdem actoribus hujusmodi ferrum, calibem, arma et similia ingenia bellicosa juxta hujusmodi regni edictum exportare non permisissent et nec permittere vellent, quousque regia clementia eisdem actoribus superinde remedium adhiberet opportunum graciose et ob hoc ipsi in causam attracti in totali praemissa accione et acquisitione dictorum actorum innocentes haberentur penitus et immunes. Quibus sic habitis et perceptis partibusque praedictis, se in praemissis ad veridicam attestationem praetatorum juratorum nostrorum assessorum per nos legitime requirendorum benivole committentibus et submittentibus, cum nos eosdem juratos nostras assessores pro dicenda veritate et justicia conservanda super praemissis requisitos habuissemus, iidem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque dicto domino nostro regi el ejus sacro regio diademati observandam sancto dominico crucis signo per eos coram nobis praestitam taliter unanimi et concordi testificatione attestarunt et affimarunt, ut praelibati cives et inhabitatores dictae civitatis Brassouiensis et ad ipsos pertinentes omnino nullam solutionem et exactionem nec de ipsorum personis, et nec rebus et bonis mercimonialibus et aliis quibusuis eorundem cuipiam dare et solvere extitissent, et nec ipsi Siculi ab eisdem aliquam pecuniara seu muneris collateralia exegissent et nec exigent, scilicet ydem cives et hospites et ad ipsos pertinentes cunctas ipsarum res mercimoniales cujuslibet generis, demplis tantummodo armis militaribus ferroque et calibe, quae solum ex indulto et gracia regia venditionis causa ad ipsas partes Moldaviae deferre poterunt, liberam et securam habuissent et nunc huberent potestatem, Quibus sic habilis et perceptis, quia ex allegatione el responsione praclibati Demetrii de Nyöythod et aliorum praedictorum necnon annotatorum juratorum nostrorum assessorum veridica attestalione praelibatarumque literarum praefati condam domini Sigismundi regis ex continenciis in superioribus sensualiter declaratis annotatos actores et ad ipsos cunctos pertinentes a qualibet pecuniaria et munerum collateralium alioque solutione ratione praevia liberos et exemptos fore comperimus. Ob hoc nos rationibus et causis ex praemissis eorundem juratorum nostrorum assessorum requisito et assumpto superinde consilio praematuro antetatos cives et inhabitatores dictae civitatis Brasso-

uiensis ac ad ipsos pertinentes in praescriptis eorum libertatibus, quibus ab olim usi sunt treti et gavisu reliquentes, omnem illam solutionem et exactionem pecuniariam vel aliarum quarumcunque quomodolibet vocatarum, quae etiam nomine honoris aut muneris collateralis vel alterius calumpniae adinventae aliququaliter exactae et receptae extitissent, modo aliquali revocantes, corruptentes, retractantesque et invalidates, iudicantes comisimus eo modo, ut a modo deinceps fufuris semper temporibus successivis annotati cives et inhabitatores dictae civitatis Brassouiensis et alii universi ad ipsos pertinentes cum omnibus ipsorum rebus et bonis mercimonialibus et ferramentis, demptis tantummodo praedictis videlicet ferro, calibe et armis, quae in aliquo apparatu et labore disposita et occupata non existunt ad easdem partes Moldaviae per litteras et tenutas ipsorum Siculorum ubilibet ire et redire ac easdem res et bona ipsorum mercimonialia vel alia veudicioni exponere valeant atque possint pacifice et libere, et nec ipsi belliductores et alii Siculi universi annotates cives et hospites ac inhabitatores praelibatae civitatis Brassoniensis et ad ipsos pertinentes ratione et praetextu non solutionis hujusmodi pecuniarum vel rerum nomine honoris vel muneris extra praescriptas ipsorum libertates ipsis graciose concessas artare et compellere seu quovismodo dampnificare et impedire praesumpmant, sed ipsis civibus et inhabitatoribus praelibatae civitatis Brassouiensis ac ad ipsos pertinentium universis eisdem libertatibus quibus praecedenter usi freti fuerunt et gavisu irrefragabiliter frui potiri et gaudere permillant et permitti facere debeant, auctoritate nostra judiciaria mediante. In cujus reÿ memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras nostras patentes pendentis sigilli nostri munimine roboratas eisdem civibus et inhabitatoribus civitatis Brassouiensis et ad ipsos pertinentium eorumque haeredibus et successoribus universis duximus concedendas.

Datum quarto die termini praenotati in loco memorato anno domini milesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

(Eredeti hártján, három függő viaszpecséttel, a *Brassó városi levéltárban*; oklevelek, 159. sz. a.)

*Hátán:* Litterae ad *Siculos*, quod nostros non inquietant transeundo et redeundo ad *Moldoviam* cum laborata ferramenta illinc vendenda portant, aliasque res mercimoniales exportant. 1462.

*Mátyás király Maros-Vásárhely városának vásárjogot ad évenként három országos vásár tartására u. m. Urnapján, Szt. Márton napján és Virágvasárnap előtt csütörtökön. Kelt Haimburg ostrománál 1482. aug. 28.*

Comissio propria domini regis.

Nos Mathias dei gratia rex Hungariae Bohemiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod nos tum accepta supplicatione fidelis nostri magnifici Stephani de Bathori iudicis curiae nostrae ac waywodae partium regni nostri Transsilvanarum pro parte et in personis fidelium nostrorum iudicis, juratorum ceterorumque universorum populorum et hospitum ac totius communitatis oppidi nostri *Wasarhel* vocati, in partis nostris Transsilvanis habiti, nostrae propterea porrecta Maiestati, tumque pro utilitate et commodo earundem parcium nostrarum Transsilvanarum et incolarum ac inhabitatorum ejusdem oppidi nostri ad idem oppidum nundinas liberas seu forum annuale in festivitatis sacratissimi corporis Christi et beati Martini episcopi ac feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum, aliisque diebus ipsas festivitates praecedentibus et sequentibus ad id scilicet necessario aptis et sufficientibus omni anno sub iisdem libertatum praerogativis, quibus nundinae seu fora annualia libera aliarum liberarum civitatum celebrantur, perpetue celebrari duximus annuendas et concedendum, immo annuimus et concedimus praesentium per vigorem, absque tamen praejudicio fororum et nundinarum liberarum aliorum.

Quocirca vos fideles nostros universos et singulos mercatores, institores, aliosquo forenses homines atque viatores praesentibus affidamus, assecuramus et certificamus, quatenus ad praedictas nundinas seu forum annuale liberum, per nos in praedicto oppido nostro *Wasarhel* ut praemittitur perpetuo celebrari commissas et concessum, cum omnibus mercimoniis, rebusque et bonis vestris venalibus, secure, libere et sine omni formidine rerum et personarum vestrarum veniatis, properetis, accedatis, peractisque inibi cunctis negociacionibus vestris ad propria vel alia quae malueritis, loca redeatis, salvis semper rebus et personis vestris, sub nostra protectione et tutela speciali remanentes.

jan 17.  
nov 11.  
virágv.  
e. csütörtök



Heac autem volumus per fora et alia loco publica, ubi necesse fuerit, palam et manifeste proclamari, et praesentes post earum lecturam manibus semper reddi praesentatis.

Datum in castris nostris sub obsidione civitatis Hamburg in festo beati Augustini episcopi et confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, regnorum nostrorum anno Hungariae etc vigesimo quinto, Bohemiae vero quarto decimo.

(P. H.)

(Eredetije kettős papírlapon, keresztbe írva, alatta a piros viaszba nyomott pecsét nyomával, *Maros-Vásárhely város levéltárában*)

912

*Báthory István erdélyi vajda és a székelyek ispánja levele, melylyel a székely székek kapitányaival és főbbjeivel Marosvásárhelyt tartott törvénykezés alkalmával, a marosvásárhelyi polgároknak, a maros-széki kapitányok, bírák és előljárók ellen előterjesztett panaszaikra és sérelmeikre, régi jogaikat és kiváltságaikat visszaállítja és körülírja.*

*Kelt Maros-Vásárhely, 1487. febr. 4.*

Nos comes Stephanus de Bathor, waývoda Transsilvanus, Siculorum comes, necnon judex curiae sermi principis domini Mathiae, dei gracia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croaciae etc. Memoriae commendamus tenore praesencium significantes, quibus expedit universis, quod nobis feria secta proxima post festum conversionis sancti Pauli apostoli *in opido Wasarhel* unacum certis nobilibus et lere cum *omnibus capitaneis et pocioribus Siculorum omnium sedium Siculicalium* penes nos, turn pro faciendis judiciis, tumque pro expediendis certis factis regalibus existentibus constitutis, circumspecti Blasius judex et Matheus *Theremy*, Johannes *Moso*, Stephanus *Fodor*, Andreas *Nagh*, jurati cives dicti opidi *Vasarhel*, in ipsarum ac universorum populorum in eodem opido commorantium, nostram et dictorum *Siculorum* accedentes in praesenciam, nobis gravem proposuerant querelam, quod ipsi per capitaneos, judices et pociores Siculorum sedis Maros per varias et multiplices extraordinarias et inconsuetas, adinventasque constitutiones et per insolitas quasdam soluciones et exactiones et contra antiquas eorum libertates ultra modum turbati fuissent, tur-

1487.  
febr. 2

barenturque eciam modo, in praejudicium ipsorum querulandum et dampnum ac injurium et libertatum ipsorum derogamen valde ingens, et ibidem obtulerunt nobis quoddam registrum praemissas eorum inconsvetas exactiones et alia eorum impedimenta continentem, in quo inter cetera primum continebatur, quod alias a melle, quod aliquis ex inhabitatoribus ipsius opidi vendere habuit, nullum tributum solvere obligates fuisset, nunc autem praefati capitanei iudices et pociores Siculi dictae sedis Maros a tali melle vel a venditore ipsius mellis tributum exigunt, quod aliis temporibus nunquam fuit.

Secundum erat, quod dum et quodocunque aliquis hominum sive extraneus sive ejusdem opidi incola equum vel alias quascumque res pro debitis aut aliis quibuscunque ex causis in ipso opido juri arestare et detinere fecisset, tunc pro tali detencione judici ejusdem opidi quadraginta, extraneo vero judici septem denarios solvere consveti fuissent; nunc autem iudices extranei hys septem denariis non contentantur, sed pro tale detencione exigunt denarios quadraginta septem.

Tertium habeatur, quod quilibet magister suttorum in ipso opido residens omni quinta ebdomoda sew septimana dictis capitaneis, iudicibus et senioribus sedis praetaetae unum par calciamentorum dare obligater et super hoc per annum addandos tres marcas, tres ocreas, pisces bonos, panes et vinum astringuntur.

Quartum erat, quod alias consuetudo ipsorum opidanensium fuisset, quod dum et quando nuntii dictae sedis ad uaÿvodas pro tempore constitutes aut ad Kolozswar, vel ad Albam, aut alias quocumque in hys partibus mittebantur, tunc si pocior Siculorum fuisset, puta iudex vel capitaneus, aut alter nobilis, qui missus fuisset in tali legacione, tunc dare debuissent marcam mediam; si vero fuisset inferioris status, videlicet *primipulus (sic!) hoc est lofew*, tali pro expensis dabantur denarii viginti quinque; si vero fuisset communis Siculus, tali dali fuerunt de ipso opido denarii duodecim. Modo autem ipsi Siculi hys non contentantur, sed semper sive magnus, sive parvus mittatur, super ipsum opidum exigunt marcam unam cum media.

Quintum. Quod alias quilibet causicus in ipso opido lites habens procuratorem pro defensione suae causae de incolis ejusdem opidi eligere debuerit, nunc vero quilibet talis non de ipso opido, sed de exteris sibi aquirit procuratorem.

Quibus quidem articulis praesentatis iidem iudex et jurati cives praetacti opidi nobis supplicaverunt, ut nos praefati domini nostri regis in persona eis de remedio providere dignemur opportuno.

Nos itaque unabum dictis nobilibus *et Siculis* nobiscum constitutis super omnibus praemissis articulis et continenciis registri praemissi diutius tractantes, quia praemissae variae et extraordinariae adinventionesque et constitutiones ultra antiquas libertates et leges atque consuetudines dictorum opidanensium adinventae et super eos inductae nobis et ipsis nobilibus et *Siculis* videbantur: ob hoc nos grata consideracione pensantes inopiae et defectibus eorundem opidanensium, nolentes eos sic in iuribus ipsorum opprimi, nomine et in persona praefati domini nostri regis domini scilicet nostri gloriosissimi in omnibus praetactis articulis et continenciis registri talem fecimus infrascriptam moderacionem ipsis *Siculis* pocioribus universis benivole consencientibus. Quod primum, ubi a venditore mellis tributa recipiebantur, conclusum est, quod a modo in antea ullis unquam temporibus nec a vendenda, nec ab emenda mel (!), quantumcumque sit, aliquod tributum exigatur. Ubi vero a rebus areslatis dicebatur, quod iudices extranei quadraginta septem denarios recipiunt, ordinatum est, quod a modo deinceps talis exaccio fieri non debeat, sed solummodo iudex opidi a talibus rebus quadraginta, iudex vero forensis solum denarios septem recipere valeant atque possint. De magistris vero suttoribus conclusum est, ut illas tres marcas, quas hactenus super eos exigebant, de cetero nunquam solvere teneantur, sed juxta eorum consuetudinem quilibet magister suttorum in qualibet quinta septimana unum par calciamentorum illis quibus interest dare teneatur et nil plus, quamquam et hoc ipsi sutores denuo inductum referant.

De expensis vero nunciorum modo praetacto in negociis sedis mittendorum dandis taliter conclusum, est ut quociescumque aliquis capitaneus et pocior Siculorum sive duo sive tres ad wayvodam in negociis sedis mittitur; tunc opidanenses unam marcam; si vero primipulus (sic!) tunc medium florenum ; si vero communis Siculus, tunc denarios viginti quinque solvere teneantur.

De constitucione autem procuratoris modo tali determinavimus, quod a modo deinceps ullis unquam temporibus aliquis causidicorum et litigantium in ipso opido coram iudice causundo extranei procuratorem habere et aducro valeat, sed semper procuratorem de

eodem opido constituat, et quod illi duo iudices extranei, qui tempore iudiciorum in iudicio interesse debent, ita et eodem modo iuramenta praestare teneantur, sicut iudex et iurati ipsius opidi.

Quocirca vobis universis et singulis capitaneis, iudicibus ac senatoribus et pocioribus Sicolorum saepefatae sedis Maros, vestrisque vicesgerentibus, praesentibus et futuris barum serie committimus et praenominati domini nostri regis in persona firmiter mandamus, quatenus amodo deinceps memoratos populus et inhabitatores praescripti opidi Vasarhel aut aliquem ex eis contra formam hujusmodi nostrae constitutionis ad praemissam aliquam indebitam solutionem cogere aut artare, vel eos aut aliquem ex eis previa ratione in personis seu rebus eorum quoquomodo turbare, impedire, vel dampnificare non praesumptis, nec sitis ausi, aliquid praesentes pendentes et autentici sigilli nostri munimine roboratae post earum lecturam praesentantibus redendae.

Datum loco in praedicto tercio die termini praenotati, a. d. millesimo quadringentesimo octogesimo septimo.

(Eredetiye hártján, a Báthory czimert ábrázoló, piros, kék, sárga selyem sínóron függő viaszba nyomott vajjai pecsétel, a *m.-vásárhelyi városi levéltárban.*)

913.

*Báthory István erdélyi vajda oklevele, arról, hogy Kerelői Pál és Somogyoni János és nejeik, Meggyesfalvai Alárdi Péter leányai, elcserélik a Marosvásárhely melletti Cseke birtokrészüket és a Vágottberek nevű berket Marosvásárhely városával a Bodontorok nevű halászó helyért.*

*Kelt Maros- Vásárhelyt, 1487. febr. 23.*

Nos comes Stephanus de Bathor wayvoda Transsilvanus necnon iudex curiae serenissimi principis domini Mathiae dei gracia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmaciae, Croaciae etc. memorie conimendamus, quod nobilis *Paulus de Kerelew* sua, ac nobilium dominarum *Marthae* suae et *Margarethae Johannis de Somogyonj* consortium, filiarum videlicet olim *Petri Alard de Meghgyesfalva* item *Effeimiae, Katherinae et Clarae* filiarum suarum in personis, oneribus et quibuslibet gravaminibus earundem dominarum et puellarum ad infrascripta observandis in se levante ab una parte, vero ab altera honorabilis ac circumspecti Laurentius plebanus, necnon Blasius

Zabo iudex, Stephanus Bÿro, Sÿmon Nÿerges, Andras Nagh, Blasius Zewch et Georgius Dekan jurati cives oppidi Zekelwasarhel in ipsorum ac omnium populorum ejusdem oppidi personis coram nobis personaliter constituti sunt confessi, in huic modum, quod ipsae partes matura et digesta intra se deliberacione praehabita, pensata etiam utriusque partis utilitate ac comodo et pro bono pacis aliis eciam certis bonis respectibus animum eorum ad id moventibus, in quibusdam terris ipsorum parcium infradicentibus talem infrascriptam concambialem fecissent permutacionem inter partes et eorum posteritates perpetue duraturam, prout fecerunt nostra in praesencia tali ordine, quod primo praefatus Paulus sua ac dictarum dominarum et puellarum personis quandam unam particulam terrae *Cheke* vocatam, inter fluvium Marusÿ et quendam rivulum *Wararokÿa*, dictum, a parte aquilonari <sup>1)</sup> dicti oppidi existentem et adjacentem, simulcum nemore *Vagoth Berek* <sup>2)</sup> nuncupato, subtus et in fine earundem terrarum *Cheke* adjacente, cum omnibus earundem utilitatibus et pertinentis quibuslibet sub suis veris et antiquis metis, quibus per eosdem Paulum et dominas Martham et Margaretham praedecessoresque ipsorum tentae fuissent et possessae, praenarratis plebano, iudici, juratisque et toti communitati oppidi praenotati; e converso vero iidem plebanus ac iudex et jurati cives similiter in ipsorum ac omnium populorum et inhabitatorum saepedicti oppidi *Vasarhel* unum locum piscinae *Bodonthorok* <sup>3)</sup> appellatum, inter villam *Bodon* et ipsum oppidum *Vasarhel* intra veras melas oppidi ejusdem existentem et adjacentem eisdem Paulo et Marthae consorti necnon Effemiae, Katherinae et Clarae filiabus suis, et dominae Margarethae consorti dicti Johannis Somogÿonÿ, partiumque heredibus et posteritatibus univervis jure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum dedissent et concambialis permutacionis titulo contulissent, ÿmmo dederunt, contulerunt et permutaverunt, nullum jus nullamve juris seu domÿnii proprietatem partes ipsae sibipsis (*sic!*) et herebibus eorum terris, nemore et loco

<sup>1)</sup> Eredetileg aquilonari volt írva, de az *i—t* az író kihúzza.

<sup>2)</sup> Mái g is megvan a Maros mellett, M.-Vásárhelytől északra az egyik, *Felső-*, s délre, Meggyesfalva felé az *Alsó- Vágothberek*, a melyről itt van szó.

<sup>3)</sup> M.-Vásárhely és Meggyesfalva között szakad a Marosba a Bodon parta, a mely Bodon falutól jó.

piscinae in praescriptis et permutatis reservantes, sed totum et omne jus ac juris seu domýnii proprietatem, quod partes in ipsis terris ac nemore et loco piscinae habuissent, vel se aut suos habere sperarent, in alterutrum transtulissent pleno jure, ita videlicet, quod praefati cives et inhabitatores dicti oppidi, vel eorum posterý in dicta particula terrae super ipso fluvio Marusý ubi maluerint molendinum pro se ipsis erigendi et construendi habeant facultatem ; praefatus etiam Paulus ac dominae Martha et Margaretha ac puellae vel eorum heredes aggeres seu structuram dicfae piscinae adeo et in tantum, quantum videlicet maluerint, erigere, elavare et replere possint et valeant, meta autem ejusdem piscinae et aquae in ea recludentis in tantum se extendi possit, in quantum aqua ejusdem piscinae adiacebit, hoc tamen adjuncto, quod accolae et inhabitatores praescripti oppidi peccudes et pecora eorum super eadem piscina semper successivis temporibus adaquandi habeant libertatem, assumptentes nichilominus et obligantes partes praenotatae, sese mutuo et alternatim in pacifico domýnyo (*sic!*) earundem terrarum ac nemore et loci piscinae modo praemisso permutatis contra quoslibet impetitores, causidicos protegere, tueri et conservare propriis suis laboribus et expensis. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munitine roboratas eisdem partibus duximus concedendas.

Datum in oppido Vasarhel praedicto in vigilia festi beati Mathiae apostoli anno domini millesimo quadingentesimo octoagesimo septimo.

(Eredetije hártján, lefüggő piros, sárga, kék selyem sinórral, a pecsét hiányzik, a marosvásárhelyi levéltárban.)

914.

*Ozvald zágrábi püspök, királyi kincstartó, Nagy-Szeben városát értesíti, hogy a székelyek jogtalanságairól és fosztogatásairól panaszkodó levelet a hadsereggel Kassa felé vonuló király után elküldötte. Kelt Budán, 1401. jan. 13.*

914.

Circumspecti ac providi amici nobis dilecti Scripta vestra tum ex parte sedis *Zazwaras*, tum etiam ex parte iniariorum ac spoliorum

civibus et inhibitoribus possessionis *Draws per Siculos* bis diebus praeteritis illatarum, clarissime intelleximus iuxtaque petita vestra, si maiestas regia coram fuisset, diligeritissime, effecissemus, ut ad omnia pro voluntate relationem accepissetis. Quia vero maiestas sua proximis diebus praeteritis *Cassoviam* versus cum copiis et ingenti exercitu suo se movit, unde adolescentem vestrum cum litteris nostris, vestris in specie in illis inclusis, post maiestatem suam misimus, ubi sine dubio optatam relationem vos accipere credimus.

Ex *Buda*, feria quinta ante *Priscae virginis* et martyris, anno domini etc. nonagesimo primo.

OSUALDUS episcopus *Zagrabiensis*  
thesaurarius regiae maiestati etc.

*Külczim* : Circumspectis ac providis magistro virum iudicibus at iuratis consulibus civitatis *Cibiniensis* amicis nobis dilectis.

(Eredeti, papiron, a *N-Szeben városi levéltárban*. II. 487. sz. a.)

915.

II. *Ulászló király Szeben városának, a kik a székelyektől szenvedett káraik és jogtalanságok miatt előtte panaszt emeltek, megígéri, hogy mihelyt testvérével Albert herceggel, a ki Magyarországra ütött, végez, a mellette levő Báthory István vajdát Erdélybe küldi, ha lehet maga is bemegy s nekik igazságot és elégtételt szolgáltat. Kelt Mohi városában 1491. jan. 18.*

Comissio propria domini regis.

*Wladislaus* dei gratia rex *Hungariae Bohemiae* etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis sincere dilecti. Intelleximus ea omnia, quae nobis significastis ex parte illorum damnorum el. iniuriarum vestrarum, quibus his novissimis temporibus *Siculi* vos affecerunt, ad quae dicimus vobis, posteaquam his rebus et negotiis nostris et regni nostri, quas cum *Alberto* duce fratre nostro, qui hoc regnum nostrum in praesentiarum hostiliter vastat, habemus et cum quo iam conflicturi sumus, finem imponemus, et hoc regnum ab eiusdem hostilitate eliberabimus, statim fidelem nostrum magnificum comitem *Stephanum de Bathor* vaivodam partium illarum nostrarum *Transilvanarum*, qui nuno continue laleri nostro adhaeret, ad illas par-

tes Transsiluanos remitemus, cui iam informationem et plenam nostram facultatem et auctoritatem dedimus, ut vobis de et super omnibus damnis et iniuriis, quibus vos per ipsos *Siculos* lacessiti estis, ex parte eorundem taliter satis faciat, quod contenti eritis, et ratione huius amplius nobis non imputabitis, et si commode fieri potest, post finem huiusmodi rerum nostrarum forte etiam nos personaliter ad illas partes concedemus. Quod si facere poterimus, nos ipsi huiusmodi iniurias et damna vestra rectificabimus et vos optime contentos faciemus, rogamus tamen interea patientiam habeatis, et nihil molesti feratis.

Datum in oppido *Mohy* feria tertia proxima ante festum Vincencii martyris, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo.

*Külczim:* Prudentibus et circumspectis magistro civium necnon iudici et iuratis civibus ac toti communitati civitatis nostrae *Czybiniensis* fidelibus nobis dilectis.

(Eredeti, papíron, a *N. Szeben városi levéltárban* II. 489. sz. a.)

916.

*Drágffy Bertalan erdélyi vajda Kézdi-szék három rendbeli székeinek panaszára — hogy a brassaiak egy kézdi-széki székelet egy asszony-megsértése miatt elfogtak s bár jóállásra kibocsátottak, most visszakövetelik, hogy törvényt lássanak felette — megparancsolja, hogy ne merjenek felette ítélni és a székelet háborgatni, mert ő maga fog ítéletet hozni rövid időn oda utazván. Kelt Görvényben 1493. jun. 4.*

Prudentes et circumspecti viri nobis sincere dilecti. Ex declaratione agilium virorum *triam generam Siculorum sedis Kyzdy* aperte intelleximus [ ] his praeteritis diebus, quendam *Siculum* de eadem sede *Kyzdy* [ ] cujusdam muli[er]is ratione et praetexta lesionis ejusdem m[ul]ieris [et]is et capitivassetis, qu[od] e]andem ad fidejussoriam cautionem quamprimum [ ] ejusdem sedis *Kyzdy* [e]jusdem captivitate [ ] exmisistis [ ] nunc ab ipsis [fidej]ussoribus repeteretis et rehabere velletis [ ] lae]sionis ipsius mulieris iudicium facere velletis, volumus [ ] nichilominus vobis regia in persona firmissime commissum et man-



da[mus,] quatenus agnitis praesentibus, a modo deinceps vos causam ipsam adjudicare non debeatis, neque vos eundem *Siculum* ea ratione quoquo modo aggravare praesumatis. Quoniam nos causam ipsam solius nostri iudicio finaliter revidendam et determinandam reservavimus et nos quoque his prope diebus partes illas adveniemus et nos ipsi inter partes iudicium et justiciam faciemus, dictante juris equitate, quod utraeque partes de hujusmodi nostro iudicio contentabuntur et vos quoque contentabimini. Secus erga nulla ratione facturi.

Ex *Gergyn* feria tertia proxima post festum sanctae trinitatis anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

BARTHOLOMAEUS DRAGFY  
wayoda Transsilvanus etc.

*Külczim*: Prudentibus et circumspicis viris iudici juratis ceterisque civibus civitatis *Brassoviensis* nobis sincere dilectis.

(Eredeti, papiron, a zárjelbe foglalt részek kiszakadva, hátán viaszpecsét nyomával, a *Brassó városi levéltárban* »Stenner'sche Urkunden Sammlung« I. k. 34. sz.)

917.

*Sepsi-szék bírái bizonyág levele egy örök hagyományi bevallásról, mely szerint a Mathizfalván, Kézdi-székben, lakó Benkő bíró, Zoltánfalván, Sepsi-székben lévő örökségét leányának Ilonának és ennek fiának Ferencznek hagyta. Kelt 1500-ban.*

In anno domini millesimo quingentesimo tempore iudicis *Laurenti Dienes* sic factum est de quodam hereditate. *Benkő bíró* commoranti in *Mathizfalwa Kizdiszék* fecit de quadam hereditate, quam habuit, in *Zoltanffalwa* in sede *Sepsi*, legavit filie sue *Elene* in eodem *Zoltanffalwa*. Filia sua *Elena* habuit unum filium nomine *Franciscum* et sic legavit hereditatem filio *Elene Francisco* et sic honestus dominus *Georgius* presbiter fuit praesens et sic legavit per se cum tratre suo (sic) *Paulo Benkő*, quod firmissime fieret istud factum coram istos discretos honos viros *Blasius Ceriek*, *Bartholomeus Kølne*, *Blasius Marko*, *Benkő bíró* cum filio suo, *Georgio* presbitero et *Paulo Benkő*, *Francisco*

infanti hereditatem suam (sic) cum arabilibus et feniculis et molendinis ad filios filiorum possidendam et regendam in perpetuum. Isti honesti viri fassi sunt et testes super istud constitutum *Blasius Ceriek*, *Bartholomeus Kõlne*, *Blasius Marko*, *Stephanus Mathe* et ali (sic) multi, qui audierunt hec tempore nativitatís, possunt probare, tempore baptisni infantis post prandium honestus vir *Benko* dum sederet in mensa cum filis (sic) suis *Georgio* presbitero et *Paulo Benko* fecit adducere infantem coram se et filis (sic) suis et dixit ad *Anthonium Ceriek*: Anthoni hereditatem istam tibi non lego, sed si infans iste vivit, sibi lego, cum filis (sic) meis, coram audientibus, in perpetuum possidendam et regendam ad filios filiorum et isti boni viri sint testes super hec factum.

In sede *Sepsi* coram iudicibus *Laurentio Dienes*, *Georgio Babos* et *Stephano Monyorosi* fasti sunt *Benko biró*, honestus *Georgius* presbiter *Benkó* et *Paulus Benko* (sic) in medio sedis coram cunctis audientibus hec supra dicta et constituta. Ex voluntate nostra fecimus scribere has litteras, pro testimonio in perpetuum.

*Stephanus* presbiter *de Uzon* puplicus (sic!) Notarius in diocisis (!) *Albensis*.

*Jegyzet*: Az oklevél szövege és az utolsó sor ugyanaz az írás: *Stephanus* presbiteré. A hitelesítési záradék más kéz apróbb írása. Mindkettő kezdetleges, tökéletlen írás, akár csak a stylusa.

(Eredetije hártján *íjabb Gödri Ferencz* *Sepsi-Szt.-György* városi polgármester úr tulajdonában. Kapta *Árkoson*.)

918.

*A három rendbeli vagy hétszékbeli székelek közönsége, hivatkozással az erdélyi három nemzet között kötött véd- és daczsövetségre, abból az alkalmából, hogy a vajda által elnyomattak s ő felsége előtt lázadással vádoltattak, magoknak e vád alól tisztázására s jogaik és szabadságaik megvédésére sept. 17-ére Tordára, a nemesekkel és szászokkal egybegyűlnek, gyűlésükre Besztercze város tanácsát is meghívja. Kelt Székely-Keresztúron 1503 jan. 22..*

Prudentes et circumspecti domini amici nobis honorandi constare credimus C. Vestris quale obligamen jamdudum inter nos

et vos ceteras etiam nationes hujus partis Transsilvaniae pro defensione et observatione jurium et libertatum nostrarum et vestrarum certo sub vinculo in litteris superiore emanatis specificato factum atque firmatum extitit, ut scilicet emergente aliqua ardua necessitate et partium aliqua lesa vel oppressa altera pars eidem parti lesae et oppressae subvenire modis omnibus deberet. Qui autem nunc arduissima necessitas cogit nos utrasque partes penes nos advocare cum per dominum vaivodam admodum oppressi et aggravati atque eciam dampnificati simus, tunc ex eo tumque quod laborantibus et procurantibus nobis pro juribus et libertatibus nostris aput regiam maiestatem per eundem dominum vaivodam accusati sumus, ut nos contra suam maiestatem mociones fecissemus et facere procurassemus atque eciam in campum descendere pretenderemus. Ut autem nos de hoc vicio expurgemur in nostrisque juribus et libertatibus illesi atque indempnes permanere possimus, Vestras Circumspectias praesentibus summopere hortamur diligentissime, quatenus die dominica proxima ante lestum beati Mathei apostoli proxime venturum in oppido *Thorda*, ubi nos cum nobiles atque Saxonibus Transsylvaniensibus constituemus et conveniemus et Circumspectiae Vestrae huic congregacioni interesse velint praemissae fraternali obligacioni satisfactori, ut auxilio vestro et justicia nostra indigente nos in nostris juribus et libertatibus et vos in vestris semper pacifice et illesi permanere valeamus. Vestras Circumspectias optime valere desideramus.

1503  
sept. 17.

Ex oppido nostro *KerezthwR* in festo beati Vincencii martiris Anno Domini millesimo quingentesimo tercio

VNIVERSITAS SICULORUM TRIUM  
GENBRUM SEPTEMVE SEDIUM

*Külczím* : Prudentibus et circumspectis viris judici et juratis civibus civitatis *Bistriciensis*, dominis et amicis honorandis.

(Eredetije, zöld viaszpecsét nyomaival, papiron a *Besztercze városi levéltárban*.)

919.

*II. Ulászló király rendelete Tharczay Jánosnak, a székelyek ispánjának, hogy az Erdélyben elszaporodott hamis pénzverőket nyomoztassa, fogassa el és büntesse meg. Kelt Budán 1505. jul. 28.*

Commissio propria domini regis.

*Wladislaus* dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc fideli nostro magnifico *Johanni Tharczay comiti Siculorum* nostrorum salutem et gratiam. Intelleximus in partibus illis regni nostri Transsiluanensibus nonnullos malitiosos homines falsarum scilicet monetarum cusores adeo multiplicatos esse, ut derelictis iustis et veris monetis falsas et iniquas cuderent monetas atque hasparas, illisque aperte uterentur; unde nos volentes talium malefactorum nocendi temeritatem extinguere et regnicolarum nostrorum quieti ac utilitati consulere, mandamus fidelitati tuae harum serie firmiter, ut acceptis praesentibus tales falsarum monetarum cusores ubique in partibus illis diligenter exquirere et exquiri jacere ac eosdem iuri et iudicio detinere et ex parte eorundem iudicium etiam et iustitiam administrare et si tales iuridice pro reis et criminosis comperti fuerint, eosdem iuxta ipsorum demerita punire et castigare, puniri et castigari facere modis omnibus debeas et tenearis, auctoritate nostra regia praesentibus tibi in hac parte attributa et iustitia mediante. Secus non facturus, praesentes autem pro tua superinde expeditione reservans.

Datum *Budae*, ferie secunda proxima post festum beatae Annae matris Mariae, anno domini millesimo quingentesimo quinto.

(Eredeti, papiron, a *N.-Szeben városi levéltárban*, II. 57.)

920.

*Szentgyörgyi és Bazini Péter gróf erdélyi vajda Rugonfalvi Nyujtódi Pál, Szentdemeteri Nyujtódi György, Hosszúteleki Ozvald, Dersi Petki György és Wessződi György kérésére megbízottakat küld ki, hogy Kövesd fehérmegyei faluban a Gerendi Jakabbal és többekkel osztatlanul bírt birtokokban osztályt csináljanak. Kelt Tordán 1505. aug. 26.*

*Comes Petrus comes de sancto Georgio et de Bozyn* iudex curiae regiae maiestatis, nec non vaivoda Transsilvanus etc.

egregiis Johanni Baladfy de Kyskend, Gaspari de Hwzwthelek, Johanni Darlaczy de Chymandor, altero Johanni de Wezevd, Benedicto Yspan de Marthonfalwa salutem et favorem. Exponitur nobis in personis egregiorum *Pauli Nyvthody de Rwgonfalwa ac Georgii similiter Nyvthody de Zenthdemether, Oswaldi de Hwzwtheleke et Georgii Pethky de Ders* ac alterius *Georgii de dicta Wezevd*, quomodo ipsi cum egregiis *Jacobo de Gerend*, altero *Jacobo de Mwsna, Nicolao de Walko, Sigismundo de Bolya et Valentino de Koewesd* in universis terris arabilibus cultis et incultis silvis pratis nemoribus indivisis intra metas dictae possessionis *Koewesd* in comitatu *Albensi* Transsiluanensi existentis habitas per vestri medium divisionem habere vellent iure admittente, Requirimus igitur vos et nihilominus vobis regia in persona firmiter committimus et mandamus, quatenus agnitis praesentibus termino per praefatos exponentes vobis in praefigendo ad praefatos *Jacobum Gerendy* et alios praescriptos personaliter accedere amoneatis, eosdem dicatisque et committatis eisdem verbo nostro, ut ipsi in dictis terris arabilibus, cultis et incultis, silvis, pratis, nemoribus indivisis per vestri medium rectam divisionem congruentemque portionem ipsis exponentibus extradare et concedere debeant et teneantur. Qui si fecerint, bene quidem, alioquin prohibeatis praefatum Jacobum et alios supradictos ab ulteriori detentione et conservatione portionum possessionariarum ipsis exponentibus de praescriptis terris arabilibus cultis et incultis silvis pratis nemoribus indivisis rite et legitime provenire debentibus et nihilominus evocetis eosdem ad tricesimum secundum diem nativifatis virginis gloriosae proxime affuturum nostram in praesentiam rationem superinde redditurns efficacem. Secus non facturi, praesentibus perlectis exdibenli restitutis.

Datum in oppido *Thordensi*, tertio die festi beati Bartholomei apostoli, anno domini mille.simo quingentesimo quinto.

(Eredeti, papiron, a *Szeben városi ltrban*, IV. 1307.)

*A hét székely szék Maros- Vásárhelyt tartott közgyűlésének ítéletlevele arról, hogy a marosvásárhelyi polgárok örökségi pereit a városi bíróság előtt intéztessenek el s a szék bírósága elé nem felelbezhetők. Kelt Sz.-Udvarhelyt 1507. febr. 1.*

1507.  
febr. 1.

Nos *Petrus de Bethlenfalwa* iudex et *Emericus de Vagas*, capitaneus sedis *Vdvarhel*, nec non cuncti pociores regniculeque (sic!) triumgenerum *Siculorum septem* sedium, memoriae commendamus, quod nobis feria secunda proxima ante festum purificationis beatissimae Mariae virginis in opido nostro *Vdvarhel* pro generali congregacione nostra constitutis et existentibus, principalibusque negociis regni deliberatis pro audiendis et discuciendis causis ad nos apellatis et provocatis consedentibus circumspecti *Johannes Faber* iudex ac *Barnabas Nagh* dictus inhabitator opidi nostri *Vasarhel* coram nobis personaliter conparentes per eundem Johannem Fabrum uti actorem contra et adversus dictum Barnabam, ut in causam attractum propositum extitit in hunc modum, quomodo licet praeteritis hys diebus cum quaedam causa inter ipsas partes praetextu cujusdam domus et fundi curiae condam *Petri Chýzar* in theatro, dicti opidy *Vasarhel* existentis et adjacentis coram iudice delegato et juratis civibus ejusdem opidy *Vasarhel*, die videlicet sedis ipsorum judiciarie mota, ipsaque domus simul cum fundo curiae dictum Johannem Fabrum, nec non heredes suos judicialiter legitimeque concernere per eosdem iudicem et juratos decreta extiterit; tamen praelibatus Barnabas ex iudicio iudicis et juratorum non contentus, causam suam juxta consuetudinem ejusdem opidy ad convencionem communitatis appellasset, exindeque a probato iudicio dictorum iudicis et juratorum causa in eorum facto similiter idem Barnabas causam eandem lege ejusdem opidy observata minime ad sedem judicariam capitanei iudicis et coassessorum sedis *Maros* provocasset, et quamvis communitas dicti opidy provocacioni hujusmodi et appellacioni sepefati Barnabae nullum dederunt vigorem, ex eo, quod ipsa causa inter partes praetextu hereditatis verteretur, hujusmodique causae juxta antiquam legem et libertatem opidy ipsorum extra iudicium et deliberacionem ipsius communitatis nusquam et necquaquam deterre et provocare per quempiam possit; tamen occurrente sede iudicaria dictorum capitanei et iudicis ac choassessorum (sic!) sedis *Maros*, partibusque illic conparentibus, tum idem capitaneus, iudex et cho-

assessores sedis antedictae appellacioni ipsius Barnabae locum dare, ipsamque causam discutere voluissent: tunc praelibatus Johannes Faber, eo non contentus, hujusmodi causam indebitae appellacionis a communitate opidy ad dictam sedem judicariam capitanei judicis et choassessorum sedis Maros factae, via legitime appellacionis observante, ad nos, nostramque ad hanc congregacionem generale appellasset atque provocasset, per nos revidendam et deliberandam. Cum itaque praelibatus Johannes Faber cum eoque duo consules dicti opidy nostri Vasarhel ut praenarrata parcium causa ad nos electi et transmissi coram nobis simili modo causa in eadem de judicio communitatis dicti opidy Vasarhel indebitam appellacionem previa ratione contra legem antiquam et libertatem ipsorum opidanensium factam extitisse forcius allegarent, a nobisque partes ipsae iudicium et iusticiam postularent: nos qui tocius regni nostri et parcium ejusdem potissime vero opidorum nostrorum infra ambitum regni nostri existentium jura tuemur atque tenemus, matura inter nos deliberacione super inde praehabita judicialiter decrevimus, quod praelibatus Johannes Faber, ac dicti consules cum eo assistentes suam propositionem et allegacionem causa in hujusmodi faclam, in eo silicet (sic!) ut penitus *nulla causa factum hereditatis ejusdem opidy nostri tangens et concernens lege et lihertate ipsorum ac antiquo ohservata extra iudicium et deliberacionem communitatis ejusdem opidy deferri, appellari possit*, atque provocari, cum duodecem personis senioribus atque specialioribus opido in eodem commorantibus afirmata fide comprobare debeant eorani egregiis *Michaele de Gewlakhwtha* et *Bernaldo Zekel de Nagh Ernew*, tanquam hominibus nostris ad id deputatis. Quiquidem Michael et Bernaldus homines nostri executa praemissa causa, teslimonioque juxta noslram praemissam judicariam deliberacionem in ea causa factam, accepto tandem apto tempore ad nos reversi, nobis retulerunt, qualiter praenumerati duodecem personae, puta *Andreas Izlay*, *Gregorius Gewchi*, *Dominicus Machka*, *Slephanus Chonka*, *Thomas Thar*, *Elÿas* similiter *Thar*, *Petrus Chanady*, *Anthonius Faber*, *Blasius Zerdaj*, *Sÿmon Suttor*, *Michael Sartor* et *Paulus Zabo*, fide ipsorum christiana mediante coram ipsis praemissa allegacionem antelatorum Johannis Fabri et duorum consulum opidy approbassent et ratificassent. Quibus sic habitis nolentes

ipsos opidanenses nostros eorum justis et veris libertatibus ipsorum privari, sed potius in singulis eorum juribus confirmari cupientes, hanc etiam partem jurium, libertatem eorum ratam habentes, confirmavimus et confirmatam commisimus. In cujus rei testimonium has litteras nostras sigillo nostro pendenti consignatas communitas, eisdem opidanensibus nostris duximus conferendas.

Datum loco et termino in praescriptis, anno domini millesimo quingentesimo septimo.

(Eredetije, hártján piros és kék zsinóron függő viaszpecséttel, melyen csillag, félhold és könyöklő kar kardot tartva (?) látható, a *m.-vásárhelyi városi levéltárban.*)

*Jegyzet:* 1. *Szapolyai János* erdélyi vajda és a székelyek grófja 1519. Szt. Mihály napján *Zekelvásárhelen* »tempore celebracionis universalis iudicii triumgenerum Sicularum« tartott gyűlésen Kovács János bíró kérésére átírja és megerősíti.

(Eredetije, piros és barna zsinóron függő viaszpecséttel, a *m.-vásárhelyi városi levéltárban.*)

2. *Szapolyai János*, mint magyar király (Gyulafehérvárt 1531. pünkösdi napján újra átírja és megerősíti az 1507. végzés 1519-iki transzumát »Franciscus Literatus iudex ac Mathias Zewcz juratus civis oppidi in Zekelvasarhel in sede Marusiense habitus« kérésére.

(Eredetije, hártján piros, kék, zöld zsinóron függött pecséttel, a *marosvásárhelyi városi levéltárban.*)

3. *Izabella* királyné ismét megerősíti, (Gyulafehérvárt 1557. f. 5. p. Dom. Misericordia) néhai férje Szapolyai János király fennebbi megerősítő leveleit, *Nyerges* Sebestyén bíró és *Szócs* Imre esküdt kérésére »super ea lege et libertate oppidi *Zekelvasarhel*, ut nulla penitus causa factum hereditatis ejusdem oppidi nostri tangens et concernens extra iudicium et deliberacionem ejusdem oppidi deffere, appellare atque provocari possit.«

(Eredeti, papíroson, a *m.-vásárhelyi városi levéltárban.*)

4. *II. János* király többek közt ezt a jogot is megerősíti, Gyulafehérvárt 1560. kelt kiváltságlevelében.

(Eredeti, pergamenen piros, fehér, zöld selyem zsinóron függő viaszpecséttel, a *marosvásárhelyi városi levéltárban.*)



5. *Báthory Zsigmond* »protectioja, hogy az marosszéki királybírák előtt törvényt állani ne tartozzék a városi ember« 1582. június 7-én Gyulafehérvárt.

(Eredeti, papíron, latinúl, ugyanott.)

922.

*A Maros- Vásárhelyre országgyűlésre összejött erdélyi nemesség és a székelyek három rendjének megkeresése N.-Szeben városához, hogy fontos országos ügyben követeket küldenek Szebenbe június 10-ére s felhívják a szebenieket, hogy akkorra a királyi városok előjáróit Szebenbe összehívják, hogy követségükre válaszolhassanak, különben nagy kárukra válhat a dolog. Kelt Maros- Vásárhelyt 1609 máj. 22,*

Prudentes et circumspecti viri domini et amici nobis dilecti, post salutem, cum die hodierna in hoc opido *Zekelwasarhel* in unum convenissemus atque plurima pro felici statu et franquilitate salvaque ac hostium et internorum et externorum incursu praeservatione atque defensione parcium istarum Transsilvanarum tractassemus, occurerunt nonnulla et quidem ardua earundem parcium negocia in proximo expedienda, super quorum finali conclusione medio quorundam fratrum nostrorum per nos erga d[ominations] et a[micitias] vestras propterea deputationum aliqua vocali sermone significamus, qui ad proximum quintum decimum diem festi penthecostes apud d. et a. vestras *Cibinii* constituentur; proinde rogamus easdem diligenter, quatenus acceptis praesentibus universos seniores civium civitatum et oppidorum regalium, qui scilicet ad id necessarii et sufficientes videbuntur, ad diem praefixum *Cibinium* convocare atque plenarie et quidem tali autoritate illuc accersiri congregarique facere velitis, ut audita legacione nostra perfectam nobis relacionem ibidem et absque ulteriori dilacione facere valeant. Nam si res ista, de qua tractaturi simul erimus, amplius prorogaretur, in maximum certe d. et a. vestrarum incommodum atque damnum cedetur, quae clarius iidem nostri fratres eisdem declarabunt. Secus itaque ne fecerint iterum rogamus et easdem felicissime valere optamus.

Ex opido *Zekelwasarhel* praedicto feria tertia proxima ante

1509.  
jun. 10.

festum penthecostes praenotatum anno domini millesimo quingentesimo nono.

VNIVERSITAS NOBILIVM PAKCIVM TRANS-  
SILVANARVM JST TRIVM GENBRVM SICU-  
LORVM IN PRAESENTI DIETA LOCO IN  
PRAENARRATO CONSTITVTORVM.

*Külczim* : Prudentibus et circumspectis magistro civium ac juratis civibus civitatis *Cibiniensis* dominis et amicis nobis dilectis.

(A nagy-szebeni tanács által Beszterczére küldött egykorú másolat, papíron, *Besztercze város levéltárában.*)

923.

*II. Ulászló az erdélyi vajdának és vicevajdának a brassai szászok panaszára meghagyja, hogy (Sepsi)Szentgyörgy városában új vásárt tartani ne engedjenek s a szászok jogait a székelyekkel szemben megvédelmezzék. Kelt Tatán 1510. aug. 10.*

*Wladislaus* dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. fidelibus nostris spectabili et magnifico *Petro comite de Bozyn et de Sancto Georgio* judici curiae nostrae et waywodae nostro Transilvano ac Siculorum nostrorum comiti, vel eo absente egregio vice-waywodae ejusdem salutem et gratiam. Ex gravi quaerela fidelium nostrorum, prudentum et circumspectorum magistri civium ac judicis et juratorum civium civitatis nostrae *Brassoviensis* intelleximus, qualiter quidam *Siculi* nostri Transilvanenses, quoddam novum forum. in oppido *Zenthgeorgh* vocato, quod nunquam alias isthic celebratum fuisse dicitur, contra jura et consuetudinem ipsius civitatis nostrae instituissent et celebrare cepissent, per quod cives ipsi nostri admodum damnificarentur, et in juribus eorum graviter opprimerentur: idcirco volentes id de caetero ullo pacto obaudire, mandamus et committimus fidelitati vestrae harum serie strictissime, quatenus acceptis praesentibus a modo forum hujusmodi novum, isthic in predicto oppido contra jura et consuetudinem dictae civitatis nostrae celebrare ipsis Siculis minime permittatis, sed conatibus hujusmodi eorum in hac parte omnino resistatis, civesque ipsos nostros in his, secundum jura ipsa et consuetudinem ipsorum

civium nostrorum, contra eosdem *Siculos* nostros protegere etiam et defensare modis omnibus debeatis, authoritate nostra praesentibus vobis hac in parte plenarie concessa, et justitia mediante. Secus nulla ratione tacturi, praesentibus perlectis exhibenti restitutis.

Datum in arce nostra *Thatensi* in festo beati Laurentii martýris, anno domino millesinio quingentesimo decimo.

(Ferdinánd 1555-iki eredeti átiratából, a *Brassó városi levéltárban*, 460. sz. a. s másolata a „*Palladium*“ cz. kötetben 183. l. 2.)

*Jegyzet:* Ezt az oklevelet átirta és megerősítette I. Ferdinánd király Bécsben 1555 dec-z. 30-án. Ld. alább a 941. sz. a.

924.

*II. Ulászló értesíti Nagy-Szeben városát és a szászokat, hogy a Tomory Pál és más fogarasi várnagyok által és főképp a király akarata ellenére több királybírószágot elfoglalt lázadó Székely János részéről okozott károk és elnyomatások orvoslására Bornemisza János budai várnagyot közzéjük küldötte, sürgeti egyszersmind a kért hadi segély megfizetését.*

*Kelt Budán 1513. okt. 2.*

Commissio propria domini regis.

*Wladislaus* dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Qualern iniuriam, qualia damna et oppressiones vobis et ceteris Saxonibus nostris *Paulus Thomory et alii castri Fogaras castellani* superioribus annis in sede *Kewhalom* primum ac deinde in oppido *Zentagotha*, novissime vero his diebus in quadam villa Saxonicali civiati vestrae vicina intulerit, ex litteris vestris proxime ad nos datis intelleximus et molesto admodum animo tulimus. Quae quidem oppressiones licet et praefato *Paulo* et eius subditis dicantur vobis et ad vos pertinentibus esse illatae, tamen quantum et aliunde et ex ipsarum litterarum vestrarum contextu et serie cognoscere ficuit, visus est nobis *Johannes ille Zekel* homo flagitiosissimus, qui inter vos contra nostram voluntatem iudicatus nostros regios in certis sedibus occupavit et ad delendam ac abrogandam libertatem omnium vestrum factionibus suis perversissimis varias inter vos ac pernitiosissimas seditiones et discordias seminaavit, et publico omnium vestrum in

commodo atque periculo, sibi ipsi commodum quaerere nixus est, sicuti multis aliis oppressionibus vestris, ita etiam his, quae supra commemoratae sunt et de quibus apud nos questi estis, occasionem dedita opera quaesivisse. Utcunque tamen sit, oppressiones huiusmodi vestras tanquam nobis molestas silentio praeterire nolimus, et nisi fidelem nostrum magnificum *Johannem Bornemyza* castellanum castris nostri Budensis ad revidendas et sedendas omnes discordias atque omnia alia mala et oppressiones vestras, tam ex parte ipsius *Johannis Zekel*, quam alias undecunque vobis illatas propellendas et ad quietem vestram, quae nunc undique sublata esse videtur vobis, reparandam et restituendam, in medium vestri missisemus, aliter etiam de avertendis huiusmodi malis vestris provisemus. Nunc itaque cum praefatus *Paulus Thomory* et castellani alii castris Fogaras sint subditi et servitores praefati *Johannis Bornemyza*, revisionem etiam et rectificationem omnium illarum iniuriarum damnorum et oppressionum vestrarum et ad vos pertinentium ad eundem *Johannem Bornemyza* reiecit, cui per alias litteras nostras firmiter mandavimus, ut ipse quemadmodum de aliis vestrae quietis et pacis perturbatoribus et oppressoribus seditionumque auctoribus et partibus revisionem facere atque iudicare debeat auctoritate a nobis accepta, ita etiam ex parte *Pauli Thomory* et aliorum subditorum suorum verum et rectum iudicium facere et omnes eos, qui ex Saxonibus nostris male indebite ac immerito a suis damnificati, laesi aut oppressi sunt, contentos facere et male acta rectificare debeat et his aliisque omnibus oppressionibus modum imponat, cuius iudicio in omnibus, ut antea quoque commisimus, parere modis omnibus debeatis; credimus eum omnia ea facturum, quae iusta sunt et quae ad vestram tranquillitatem, prout eidem a nobis commissum est, cognoverit pertinere, non obstantibus autem huiusmodi disturbiiis, quibus ut praediximus, praefatus *Johannes Bornemyza* brevi tempore impositurus est. Subsidium, quod a vobis expectavimus, absque omni mora et difficultate disponere et exsolvere debeatis, quoniam diutius illis carere non possumus ob maximas nostras et confiniorum nostrorum necessitates, quae nos undique absque ulla cessatione perurgent. Secus facere sub poena gravissimae indignationis nostrae facere non praesumatis. Nam alioquin commisimus, ut antea quoque vobis decla-

ratum est, facultatemque dedimus praefato *Johanni Bornemyza*, ut ipse vos omnes ad exsolutionem praefati subsidii per omnia remedia opportuna et etiam gravamina vestra compellat et astringat, auctoritate, nostra ipsi superinde attributa mediante, secundum informationem, quam in his exequendis, hoc est in exigendo subsidio a nobis accepit.

Datum *Budae*, dominico die proximo post festum beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo quingentesimo tredecimo.

*Hátán* : Prudentibus et circumspectis magistro civium iudici et iuratis ceterisque senioribus et universis Saxonibus civitatis nostrae *Cibiniensis* et ad eos pertinentibus fidelibus nobis dilectis.

(Eredeti, papiron, *N.-Szeben város levéltárában*. IV 167.)

*Jegyzet* : Szabó Károly a Szék. Okltr. III. kötetében 180. 1. kiadta II. Ulászlónak egy 1513. aug. 18. kelt oklevelét, melyben a szebeni szászoknak megparancsolja, hogy *Székely* Jánossal ne tartsanak ; továbbá a 184. 1. Szapolyai János oklevelét 1514. jul. 9., melyben a brassai tanácsnak meghagyja Székely János elfogatását. Ez és a következő két oklevél azokat kiegészíti.

925.

*II. Ulászló értesíti Nagy-Szeben városát, hogy a Székely János által köztük támasztott viszály lecsendesítésére és a nyugalom helyreállítására teljhatalmú megbízottakat küldött hozzájuk s tovább nem tűri, hogy őket gonosz emberek háborgassák. Kelt Budán, 1513. okt. 28.*

Commissio propria domini regis.

*Wladislaus* dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Accopimus litteras vestras, in quibus nobis scribitis replicantes illas discordias et seditiones inter vos aliosque Saxones nostros por quendam *Johannem Zekel* suscitatas, quas superioribus diebus nobis por nuncios vestros abunde significaveratis. Scribitis praeterea, paucos ante dieH rursus novam et quidem enormem seditionem in ipsa civitate nostra *Cibiniensi* fuisse, supplicando, ut de remedio tantae perturbationis providere et has discordias sopire sedareque dignaremur. Exaudita igitur sup-

plicatione vestra volentes quieti vestrae atque paci consulere, elegimus et in medium vestri deputavimus homines nostros speciales cum plena potestate nostra, qui propediem ad vos proficiscentur et negotium istarum dissensionum et seditioinum revidebunt ac ea omnia facient accepta a nobis auctoritate, quaecunque ad extinguendum ignem praedictarum discordiarum et seditioinum cognoverint fore opportuna et amplius non patiemur civitatem illam nostram et consequenter vos ceterosque Saxones nostros a malis et perversis hominibus vexari et perturbari.

Datum *Budae*, in festo beatorum Simonis et Judae apostolorum, anno domini millesimo quingentesimo tredecimo.

*Hátán:* Prudentibus et circumspectis magistro civium, iudicibus, iuratis et consilio civitatis nostrae *Cibiniensis* fidelibus nobis dilectis.

(Eredeti, papiron, *N.-Szeben város levéltárában*, IV. 169.)

926.

*II. Ulászló király megparancsolja a szászoknak, hogy mivel a hadi segély fejében előbb kívánt 25000 forintot, némelyek engedetlensége és lázadása, s Székely János gonosz tanácsai és rábeszélése következtében meg nem fizették, büntetésképen most 40,000 forintot követel s annak esetleg a vajda fegyveres segítségével való behajtására Bornemisza János bridai várnagyot közjök küldötte Kelt Budán 1513. okt. 30.*

Commissio propria domini regis.

*Wladislaus* dei gratia rex Hungaristo et Bohemiae etc. fidelibus nostris prudentibus et circumspectis magistris civium iudicibus iuratisque consulibus ac scnioribus aliisquo universis et singulis septem et duarum sedium Saxonicalium *Saxonibus* necnon civitatum *Bistriciensis, Brassoviensis et terrae Barcza* salutem et gratiam. Superioribus diebus miseramus in medium vestri hominem nostrum, per quem a vobis pro evitandis necessitatibus nostris et regnorum nostrorum ac avertendis periculis confiniis nostris incumbentibus in subsidium viginti quinque milia florenorum petebamus, quo tempore nonnulli ex medio vestrum, in numero non parvo, ducti quadam insolito inobedientia atque rebellione vanissimisque cuiusdam *Johannis Zekel* flagitiosissimi hominis consiliis et iniquis

atque perniciosis persuasionibus seducti, id effecerunt, ut subsidium nobis non exsolveretur, quae res quam aliena sit a fidelitate nobis debita nemo est qui non intelligat et propterea nobis plus quam credi potest displicuit et cum ex talium sedifiosorum hominum factione subsidium ipsum nomine communitatis vestrae negatum esse videatur, propterea volentes hanc in nos rebellionem etiam ultra poenas inobedientiae pecuniaria etiam poena mulctare, subsidium ipsum de medio vestri cum augmento communiter exigendum statuimus. Misimus itaque in medium vestri fidelem nostrum magnificentum *Johannem Bornemýza* castellanum huius castris nostri Budensis, cui soli hanc provinciam committendo instructionem auctoritatemque, ac plenam potestatem dedimus damusque per praesentes faciendi inter vos et vobis omnia, quaecunque idem ad exactionem huiusmodi subsidii nostri vel opportuna vel necessaria fore cognoverit. Mandamus igitur fidelitati vestrae harum serie sub nota perpetuae infidelitatis firmissime, quatenus statim acceptis praesentibus quadraginta milia florenorum de medio vestri disponere et illa quam citissime exigere et ad manus fidelis nostri egregii *Pauli de Warda* vicethesaurarii nostri ac in absentia supremi thesaurarii nostri locumtenentis aut quem ipse ad id deputaverit et nemini alteri dare et consignare debeatis, nam alioquin commisimus praefato *Johanni Bornemýza*, ut ipse adhibitis si opus putaverit etiam viribus fidelis nostri spectabilis et magnifici *Johannis de Zapolya* perpetui comitis Scepusiensis ac vaivodae nostri Transsilvanensis et comitis Sicularum nostrorum, necnon aliis gentibus, quas ad huius rei executionem sufficientes deputavimus et ordinavimus, exsolutionem praescriptorum quadraginta milium florenorum per omnia gravamina vestra, detentiones scilicet personarum, occupationes bonorum et alia omnia etiam graviora remedia, quaecunque eidem opportuna videbuntur, iuxta instructionem et auctoritatem nostram per nos eidem plenarie datam modis omnibus compellere et, astringere debeat. Secus igitur poena sub praemissa facere non praesumatis, praesentibus perlectis exhibenti restitutus.

Datum *Budae*, die dominico proximo post festum beatorum Simonis et Judae apostolorum, anno domini millesimo quingentesimo tredecimo.

(Eredeti, papiron , *N-Szeben város levéltárában* IV. 168.)

927.

*Thuróczy Miklós erdélyi alvajda értesíti a szebenieket a Székely (Dózsa) György kuruczai felőli hírekről, Szapolyai János vajda ellenök meneteléről, Körösbánya vidékén való tanyázásukról, a csanádi püspökkel Tornallyi János kir. Udvarmester fia keresztre feszítéséről s inti őket vigyázásra. Kelt Déván 1514. jun. 7.*

Prudentes et circumspecti domini amici nobis honorandi. Ex scriptis dominationum vestrarum intelleximus, quantam curam et diligentiam cum omni sollicitudine in exequendis scriptis nostris habuerint, pro quibus eisdem grates referimus. Non enim nobis, sed domino nostro gratiosissimo in eo curarunt obtemperare, salutique patriae et reipublicae providerunt. Rogamus easdem, velint deinceps quoque operam adhibere, qua via et modo praecaveri posset, ne ipsa prava generatio in visceribus harum partium generetur. Quantum autem dominationes vestrae litteris eorum commemorant bullas apostolicas apud easdem nondum visas, eramus re vera edocti per nobiles fugitivos partium Hungariae ipsas bullas per guardianum *Waradiensem* fore introductas, verum ex post neque nos potuimus intelligere illas in lucem devenisse et utinam lateant in aeternum. Ex altera parte iam certi sumus, bullas ipsas apostolicas per quempiam manibus vicecamerariorum de *Wyzakna* assignatas has ad partes devenisse, quas illi insano consilio guardiano de *Zazwaros* exhibuerant et simul publicare praeceperant. Inhibuimus tamen ipsos vicecamerarios sub capitum ipsorum amissione, ne illis peramplius procedant. Quantum autem de reditu domini nostri gratiosissimi et sua felici via dominationes vestrae poterunt ex hominibus illius expeditionis, qui iam dietim dominationes vestras attingent et praesertim ex domino *Paulo Thomory* singula clarius intelligere. Nos quidem certi sumus hodie suam dominationem viam *Waskapw* ingredi et ut speramus die crastina hic hospitari. Quanta autem sit cura suae dominationis ad ignominiosam gentem cruciatorum, ut ita nominentur, dominationes vestrae intelligent ex litteris suae dominationis, quas die hesternae hinc dimisimus dominationibus vestris praesentandas, non difidimus suam dominationem sano totius regni et omnium trium nationum consilio debitam cunctis rebus imponere provisionem. Nova autem ex parte cruciatorum eo habemus, quod gens ipsa talionis actorum suorum multum sit timida et dummodo



quis illos de gratia posset assecurare, essent parati, ut aiunt, condescendere, feruntur quoque non pauci ex ipsis fugitive hincinde disparti, quamvis *Georgius Zekel* ductor ipsorum semper instet loco talium plures vi compellere. Certa pars ipsarum gentium divagatur nunc inter alpes in partibus *Keresbanya*, sed, prout edocemur, bona tantummodo domini comitis *Themesiensis* devastare velle. Plures habemus homines in illis partibus pro rei veritate experientes, qua intellecta officium nostrum non negligemus. Frater domini episcopi Chanadiensis, qui dicebatur cum eodem palo affixus, fertur vivere, illo namque cum domino episcopo crucifixus fuit filius domini *Johannis Thornally* magistri curiae domini nostri gratiosissimi in servitio domini comitis *Themesiensis* existentis, in quo nullum est dubium. Dominationes vestras bene valere optamus.

Ex *Dewa*, feria quarta post pentecosten, 1514.

NICOLAUS THWROCZY  
vicevaivoda Transsiluanus etcetera.

*Külczim* : Prudentibus et circumspectis dominis magistro civium, iudicibus ac iuratis senioribus et consulibus civitatis *Cibiniensis* etcetera amicis nobis honorandis.

(Eredeti, papíron, *N.-Szeben város levéltárában* IV. 178.)

928.

*Székelyország nemességének közönsége a maros-vásárhelyi szabó mesterek megkeresésére Bárdossy Péter vásárhelyi polgár ellen, a ki a szabómesterséget maga nem értette, mégis dolgoztatott, (előbb a dolog megítélését Udvarhely szék gyűlésére halasztotta, s ott ítélték, de az ítéletet M.-Vásárhelyen hirdették ki,) hogy valamiként a varga nem ért a kovács vagy szabómesterséghez, sem ezek amához, tehát nem is míveltethetik, azonképen Bárdossy is, a ki a szabósághoz, nem ért, nem míveltetheti azt. Kelt Maros Vásárhelyi 1514. máj. 18.*

Universis et singulis, praesentibus et tuturis, harum noticiam literarum habituris, visuris et inspectris etc. Nobilium tota partium *regni Siculorum* generalitas salutem et benevolentiam. Ne ea temporum longevitate, quae certo temporis tractu aguntur, volubili hominum memoria elabantur, oblitterentur et emoveantur, sagax hominum industria divinitus exeogitavit, ut ca litorali robore mu-

niantur, fortificentur et instaurentur: recognoscimus igitur praesentibus, quod nobis in opido *Wasarhel* habitis et constitutis prudentes et circumspecti *magistri sartorum* oppidi praefati, ut actores ab una, ac providus *Gregorius Bardossy* inhabitator oppidi ejusdem, in causam ut attractus, partibus ab altera, nostri progredientes in conspectum, per eosdem actores propositum, pariter et relatum extitit in hunc modum, quod praefatus attractus contra jura, et legis artis sartoriae usum et consuetudinem tale officium seu magistratum in praedictum et juris derogamen valde magnum eorundem gereret ac operari et laborari faceret in eo, quum idem artem praefati officii seu magistratus manu propria nesciret et ignoraret, neque ideo eidem attracto officium tale, aut habitus magistratus ferre et gerere fas<sup>1)</sup> et licitum esset et nec deinceps jure tamen et justicia id administrantibus praedictum *Gregorium Bardossy* talem artem operari facere, et officium gerere concederent et admitterent. Facta igitur est super tali litis controversia coram nobis altercatio ingens: nos tamen rem et negotium tale diligentia maiore revidendum, discutiendum et determinandum ad locum sedis communem *Odwarhel* distulimus, et prorogavimus. Adveniente itaque praedicta sedis die pro termino inter partes statuto, pars utraque personali praesentia comparuit, innovatisque propositionibus et, allegationibus suis, rei et negotio tali determinando et definiendo sollertiae industriam adhibuimus diligentem, ac remotis conspectu nostro partibus utriusque, matura primum inter nos deliberatione habita, denique et ejus justiciam prae oculis habentes, causam tacitus inter nos definivimus et decidimus, quod praeallegatus *Gregorius Bardossy*, in causam attractus, praetatham artem sartoriam exerceri et operarifacere ac magistratum talem gerere non posset, neque valeret, et hoc tali ratione deducebamus: sicut — inquit — sufor extra officium et habitum suum artem fabrilem exercere vel sarctoriam, quarum expers est, ignarus exercere et operari non potest; ita nec faber, vel sartor, artem sutoriam (nisi fuerit in tali habitu) exercere potest et valet; sic pariformiter nec ipse praefatus *Gregorius Bardossy* ignarus expersque et artis praedictae ideota continuari, exerceri et operarifacere eandem artem posset et valeret.

<sup>1)</sup> Az eredetiben az «f» betűk többnyire kettős »ff«-fel vannak írva, így ffacere, fferre, ffas, deffiniendo, praeffati stb.

Nos tamen ad sententiae et juris hujus deliberati pronunciacionem rursus et iterum eundem *Wasarhel* elegimus. Cum igitur modo praedicto, loco in praefato adessemus, sententiam tulimus in propatulum tali vigore, id tamen jure offerentes, quod saepefatus *Gregorius Bardossy* artem sartoriam, ex quo experts et ignarus, ejusque artis esse dinoscitur, operari et laborarificere, ac tale officium siew habitum minime potest et valet gerere et sese immittere illi. Ne igitur amplius et deinceps idem praeallegatus *Gregorius Bardossy* artem praedictam exerceri, operari ac laborarificere ac officium tale gerere possit et valeat, aut quovis modo ausit et praesumat, has literas nostras, sigilli nostri authentici munimine et robore vigoratas et obsignatas, eisdem magistris sartorum oppidi praetati et per eosdem suis sucesoribus et posteritatibus cunctis contra et quoslibet, modo praedicto praeallegatam artem sartoriam seu magistratus (egy szó kiszakadva) tenere volentes et conantes, duximus annuendas et concedendas.

Datum in oppido praefato in feria quinta proxima post dominicam C(antate) anno virginalis partus millesimo quingentesimo decimo quarto.

(Eredeti je pergamenen, zöld viaszba nyomott gyűrűs pecséttel, a *marosvásárhelyi szabó-ipartársulat* birtokában.)

929.

*Szapolyai János király a brassaiak panaszára, — hogy a székelyek közül többen elkerülvén a régi Töröcsvári-szoroson át vezető királyi utat, melyen lovakat, ökröket vásárookra ki-behajtani szoktak volt s kendert s más árukat szállítottak, rejtett úton és ösvényeken a Bodzán és Ojtozon viszik ki, elkerülvén a huszadfizetést, — megparancsolja Háromszék lakosinak, hogy a régi szokott utakat használják s a huszadot megfizessék. Kelt, Budán, 1533. január 29.*

Commissio propria domini regis.

*Joannes* dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus nostris egregiis et agilibus trium sedium nostrarum *Siculicalium Sepsy, Kyzdy et Orbay* salutem et gratiam. Ex querelis et supplicatione fidelium nostrorum prudentum et circumspcctorum judicis et juratorum consulum civitatis nostrae *Brassoviensis*

accepimus, qualiter plerique essent ex vobis, qui relicta via publica ac regia *Terch*, videlicet *Paraho*, et *Thelesen*, in quibus antea semper equi, boves ad nundinas ac fora ebdomadalia abigi, tum denique canapi (így!) aliaequae cujuscunque generis merces a vobis adduci, deferrique consueverant, per alias semitas et vias occultas, *Boza* videlicet et *Wthas*, omnes merces et alias res praedictas sine aliqua solutione vigesimae, non sine magno incommodo proventuum nostrorum regalium transmittersoliti essetis. Quod cum non solum cum injuria dictorum civium, ad quos etiam aliqua utilitas ex advectione hujusmodi mercium venire solet, verum etiam cum nostro damno conjuncta esse videantur, fidelitati igitur vestrae harum serie mandamus firmissime quatenus acceptis praesentibus et praemissis sic se habentibus, relictis viis illis et semitis oculis, unde plerique et vobis sine solutione vigesimae nostrae cum rebus et mercibus evadere perhibentur, praescriptas vias publicas et regias frequentare ac in eisdem insedere, solitamque vigesimae solutionem, quam de rebus vestris etiam ab antiquo facere soliti essetis, illi cui intererit persolvere modis omnibus debeatis, et teneamini, e. t. quilibet vestrum debeat atque teneatur. Nec secus ulla ratione facere praesumptis, praesentibus perlectis exhibenti restituitis.

Datum *Budae* feria quarta proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli anno domini millesimo quingentesimo tricesimo tertio.

*Kivül*: Litterae regis Joannis super vetitis viis *Boza* et *Wthas*, ne isthac clam merces avehantur, datae 1533.

(Eredeti, papíron, rányomott viaszpecséttel *Brassó város levéltárában*; oklevelek 412. sz. a.)

930.

*Szapolyai János király rendelete a háromszéki székelyekhez, hogy a Moldvából és Oláhországból kihozott árukat Brassón, mint letét helyen át hozzák, ott lerakják s tiltott úton át árúik elkobzása büntetése mellett ne kereskedjenek. Kelt Váradon 1537. márcz. 10.*

Comissio propria domini regis.\*

*Joannes* dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croaciae etc.  
Fidelibus nostris egregiis et agilibus trium generum *Siculorum*

\* Más írás, mint az oklevélé.

nostrorum sedium *Sepsy*, *Kezdj*, *Orbay* salutem et gratiam. Ex supplicationibus fidelium nostrorum prudentum et circumspectorum iudicis et juratorum civium civitatis nostrae *Brassoviensis* accepimus, plerosque et vobis et aliis, quoque advenis mercatoribus esse, qui non observata veteri consuetudine illius regni nostri Transsilvanensis, neque etiam libertates dictae civitatis nostrae considerantes, merces suas ac alias etiam quascunque res venales, quas ex terra *Moldaviensi* vel *Transalpinensi* secum deferrent, non solum in dicta civitate nostra Brassoviensi, loco videlicet depositionis, ubi omnium rerum commutatio fieri solita esset, non deponerent, verum etiam illas clam, per transversas semitas et longos circuitus, ne in solitis et publicis viis deprehendi possent, ad diversa loca dicti regni nostri vendendas transferrent et abducerent, per hocque non solum vigesimam nostram proventus videlicet nostros legitimos, ex huiusmodi mercibus exigi solitos diminuerent, verum etiam liberos questus aliorum civium dictae civitatis nostrae interturbarent in praerudicium proventum nostrorum derogamenque libertatis ipsius civitatis nostrae manifestum. Nos vero neque proventus nostros hoc modo diminui, ac etiam ipsos cives nostros in antiquis ipsorum libertatibus conservari facere volentes, supplicatione eorundem exaudita fidelitati vestrae ac vestrum, quilibet harum serie firmiter committimus et mandamus aliud omnino in hoc habere nolentes, ut a modo deinceps universas illa merces ac alias quascunque res venales, quas vel ex partibus *Moldaviae* aut *Transalpinensibus* vos deferretis aut alii advenae mercatores secum deferrent ad nullum alium locum praeterquam ad civitatem nostram *Brassoviensem*, locum videlicet depositionis solitum ducere, ibique tandem iuxta morem alias consuetum deponere, neque aliquibus advenis mercatoribus illas in medio vestri venditioni exponendas committere debeatis, aut alii quovismodo deponere debeant, alioqui dedimus auctoritatem fidei nostro spectabili ac magnifico *Stephano Majlad* waywodae nostro Transsilvanensi comiti vestro, prout damus per praesentes, ut ipse vos omnes alios quoslibet, contrarium huic mandato nostro facientes ad promissa mandata nostra firmiter et inviolabiliter observanda, etiam per privationem huiusmodi rerum vestrarum cegere et compellere valeat atque possit. Secus igitur nulla ratione facere presumatis; praesentibus perfectis exhibenti restitutus.

Datum *Waradini* sabbato proximo. ante dominicam Laetare anno domini millesimo quingentesimo tricesimo septimo.

*Kivül, egykorúan* : Litterae priv. super depositione mercium A. 1537.

*Későbbi*: Johannis lit. praeceptoriae, ne *Siculi 3 sedium* merces ex *Moldavia* ferentes, per transversas semitas ducerent et alibi venales exponerent prius, quam hic Brassov. Anno 1537.

(Eredeti, papiron, rányomott viaszpecséttel, a *Brassó városi ltrban*, 423. sz. oklevél.)

931.

*János király oklevele arról az egyezségről, melyet árvapataki Geréb András és Barnabás (az utóbbi nevében fivére uzoni Beldi Pál) egy részről s Botfalva és Szent-Péter barczasági falvak lakói másrésztől egymás között kötöttek, az alsó-fejérmegyei Árvapataka falu területén lévő erdő használata felől. Kelt Kolozsvárt 1538. decz. 28.*

Nos *Joannes* dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore presentium, quod fideles nostri egregii *Andreas Gereb de Arwapathaka*<sup>1)</sup> in sua, ac *Paulus Beldj de Wzon* in persona fratris suis *Barnabae Gereb* de eadem *Arwapathaka* nominibus et personis, ipse siquidem *Paulus Beldj* qualibet onera et gravamina dicti fratris sui *Barnabae Gereb* in se assumens, ab una, ac prudentes et circumspecti villici, alique cives possessionum *Bothffalva* et *Zent Peter* vocatarum, ac in terra *Barcensi* habitarum, in personis universorum civium et incolarum earundem possessionum, partibus ab alia, coram nobis personaliter constituti, sponte et libere confessi sunt, retuleruntque in hunc modum, quod quamvis superioribus temporibus quaedam causa et differentia partes inter eadem ratione cujusdam silvae utensilis, in territorio praedictae possessionis *Arwapathaka*, in comitatu *Albensi Transilvane* (!) existentis et habitae, mota fuisset et suscitata, nihilominus tamen omnem illam differentiam inter se ipsos reprimere ac dirimere volentes, in hujusmodi pacis et con-

<sup>1</sup> A mai *Árvapatak* régi neve, mint ebből s a 902, 903. sz. oklevélből látszik, *Árvapataka* volt.

cordiae devenissent unionem, quod licet antehac mos et consuetudo fuit inter partes praedictas observata, ut quotiescunque incolae dictarum possessionum *Bothfalva* et *Zent Pether* ad importanda ligna cum curribus suis ad silvam praedictam dictorum Andreae el Barnabae Gereb venissent, currusque suos in tantum onerassent, ut sub pondere lignorum ruinam passus contractusque fuisset, extunc tam equos, quam currus ab eisdem civibus accepissent, ac pro se ipsis occupassent; verum tamen a modo deinceps etiam si currus ipsorum civium in dicta silva prae nimio pondere frangeretur, currum praeparare, ligna super eundem rursus imponere, ac unacum curribus et aliis attinentiis ab propria ipsorum redire valeant atque possint, ita tamen, ut iidem cives de caetero ad nullam aliam, nisi ad eandem silvam possessionis Arwathaka, solutis semper de jure solvendis, pro [lignis necessariis ire debeant ac teneantur. Quod si vero praedicti *Andreas et Barnabas Gereb* ipsos cives praeallegatos ab hujusmodi usu silvae illius prohiberent, eisdemque ligna necessaria abunde satis de eadem silva dare nollent, vel non possent, extunc ipsi cives praescriptarum possessionum, cum equis aliisque eorundem jumentis et curribus, quocumque pro lignis necessariis ire voluerint, per terras et territoria possessionis annotatae *Arwathaka* liberam habeant potestatis facultatem et citra omne impendimentum ire redireque libere possint et vateant, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum in civitate nostra Colosvariensi sabatho in festo beatorum Innocentium, anno domini millesimo quingentesimo tricesimo octavo.]

Az eredeti *hátán*: Instrumentum compositionis litis inter nobiles de *Arakpatak (!)* et *Bothfalvienses*, ne post hac a colonis currus et equos (si forte propter onera emptorum lignorum currus conciderint) accipiant. Item si quando vendere noluerint, hý libere per territorium horum nobilium alio lignatum transire ut possint.

(Csonka eredeti és másolat a *Brassó városi ltrban*: 429 sz. oklevél és a *Palladium*« 165. 2. 1. A kezdő zárójelig tart az eredeti, a többi [a zárjel közti rész] másolatban van meg a »*Palladium Coronense sive Thesaurus Litterarum*« 1714. évbéli gyűjteményben.)

*János király adománylevele, mely szerint Uzoni Béldi Pál Bodola falut a Barczaságon Brassó városa számára a király kedvéért átengedvén, cserébe és kárpótlásul neki adja a szentléleki kastélyt (várat) Kézdiszékyben, minden hozzátartozó székely és nemesi birtokokkal, jogokkal Kelt Visegrádon, 1539. jul. 25.*

Nos *Johannes* dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod quia fidelis noster egregius et agilis *Paulus Beeldy de Vzon* totalem possessionem suam *Bodola* nominatam, in terra nostra *Barcza*, partium regni nostri Transilvanarum habitam ac adjacentem, ipsum Paulum jure haereditario (ut asserit) et in quadam sui parte etiam impignoratio concernentem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arrabilibus, cultis et incultis, agris pratis, pascuis, campis, foenetis, silvis, nemoribus, montibus, alpibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quorumlibet utilitatum ac pertinentiarum et proventuum integritatibus, quovis nonimis vocabulo vocitatis, ad eandem possessionem de jure et ab antiquo spectantibus, pertinereque debentibus, sub suisque veris metis existentibus, nobis ac successoribus nostris, Hungariae regibus, consequenterque regiae civitati nostrae *Brassoviensi*, et universis inhabitatoribus ejusdem civitatis nostrae, pro tempore per successionem constitutis et constituendis, ipsorumque haeredibus et cunctis posteritatibus, pro quiete et pacifica colonorum et inhabitatorum ipsius civitatis *Brassoviensis* (cui contermina est) vicinitate, dedit donavit et contulit, jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam : ideo nos quoque volentes ipsum *Paulum Beeldy* liberalitate nostra regia prosequi, in recompensam et concambium ejusdem possessionis *Bodola*, totale *castellum Zenthlelek* appellatum, muro lapideo cinctum, in terra sedeque nostra Siculicali, *Kyzydy* nominata situm, unacum universis possessionibus, tam *Siculicalibus*, quam etiam nobilitaribus ac aliis juribus possessionariis ubilibet existentibus et habitis, ac quocunque nomine nuncupatis, ad ipsum castellum ab antiquo pertinentibus, et possessis omnino, cum iisdem conditionibus, collectis et serviciis, qui-



bus praenotatae possessiones Siculicales, dominis terrestribus praedicti castelli *Zenthlelek* ab olim et ab antiquo tenebantur, et obnoxii fuerunt, ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, utilitatumque ac cunctarum pertinentiarum et proventuum integritatibus praedeclaratis, ad praedictas possessiones portionesque possessionarias nobilitares, de jure et ab antiquo spectantibus ac pertinere debentibus, memorato *Paulo Beeldÿ*, suisque haeredibus et posteritatibus universis, dedimus, donavimus et contulimus; immo damus, donamus et conferimus, jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas, pariter ac habendas. Assumentes nihilominus eundem, *Paulum Beeldÿ*, suosque haeredes et posteritates uniuersos, in pacifico dominio praescripti castelli *Zenthlelek*, villarumque tam Siculicalium, quam nobilitarium praescriptarum, ad idem castellum (ut praefertur) ab antiquo pertinentium, contra quoslibet legitimos impeditores, causidicos et actores, successivis semper temporibus, tueri, protegere et conservare, propriis nostris, ac successorum nostrorum Hungariae regum laboribus et expensis. Quod si facere nollemus, non possemus, aut non curaremus, vel successores nostri reges non curarent quovismodo, extunc praefatus *Paulus Beeldÿ*, et sui haeredes, praefatam possessionem *Bodola*, simul cum suis cunctis pertinentiis ac utilitatibus, rursus pro se occupandi, jureque pristino tenendi, et conservandi, plenariam ac omnimodam habeat et habeant potestatis facultatem, harum nostrarum, pendentis et authentici sigilli nostri munimine robaratarum, vigore et testimonio.

Datum in curia nostra *Wissegradiensis*, in festo beati Jacobi apostoli, anno domini millesimo quingentesimo ticesimo nono, regnorum vero nostrorum etc. tredecimo etc.

JOANNES REX  
manu propria.

*Kivül:* Litterae Joannis Regis concambialas possessionis *Bodola* pro *Zenthlelek*. Ao 1539.

(Eredeti je pergamenen, függő pecséttel, a Brassó városi levéltárban 437, sz. a., másolata ugyanott a »Palladium 153. l.)

*A Marosvásárhelyen tartott országgyűlés végzései a székelyek közt lévő jobbágyok adó alá összeírásáról, a szász falvak erődei lerombolásáról s azok romjaiból szász városok erősítéséről ; a tolvajok és gonosztevők üldözéséről stb.; s végül arról, hogy a székely lófők ha 50 frt értékűvel bírnak: lovat, sisakot, pánczélt és dárdát tartsanak; a kik 12 frt erővel bírnak: lovat, paizst és dárdát; a kevesebbel bírók, vagy birtoktalanok, lovat tartsanak s fegyverzetük Húshagyóra készen legyen. Kelt Marosvásárhelyen az [1545] nov. 1. hirdetett országgyűlésen.*

*Articuli dominorum regnicolarum trium nationum in comitiis Vasaarheliensibus ad festum Omnium Sanctorum celebratis.*

In primis domini *Siculi* cum duabus nationibus ad sufferenda onere aequalia in unam concordiam et unionem descenderent, volunt domini *Seculi* onus regni aequali modo supportare, rogaruntque dominos regnicolas, ut septem de qualibet sede ex fratribus eorum eligant, qui [uni[versos colonos septem sedium *Seculicalium* connumerare debeant, exceptis primipulis ab avo eorum relictis, aut qui ab antiquo consederent, quos *fewldenlako* vocant, reliqui omnino sive in pignoratitii, vel empticii, aut quocunque modo vocitati fuerint, connumerari debeantur.

Item ut ex qualibet sede [uni[versitas colonorum duos primipulos et duos personas tributarias inter cos eligant, qui juramento deposito ubique cum ipsas (sic !) connumeratores intersint, ne quid suspicionis contra ipsos connumeratores tandem concepere possint.

Item coloni in primipulatu habitantes fide mediante a connumeratores revideantur et illorum numerus quantus erit postea in scriptis referatur.

Item ut quicunque huic communi constitutioni dominorum *Seculorum* rebelles vel contrarii fuerint, amissione bonorum et capitis privantur (puniantur helyett !)

Item ut ad puniendos tales rebelles universitas trium nationum cum ipso domino locumtenente insurgere et punire teneatur.

Item quantum oneris domini *Siculi* portare debeant post finitam connumerationem lemitetur.

Item quoniam dominus *waiwoda Transalpinensis* hoc idem optavit, ut ex bojeronibus trans[fugientibus], si qui redire noluerint,

ex isto regno [exe]ant, propterea constitutum est, ut omnes, qui redire nollent, e regno isto discedant.

Item, ut omnia castella et fortalicia inter dominos Saxones in pagis exstructa demoliantur ac ex eorum ruinis civitates *Cibinium*, *Brassouia*, *Segeswar*, *Zaazsebes* fortificentur, ingenia vero et pixides unacum globulis et pulveribus et aliis instrumentis bellicis ad civitates inferantur.

De furibus, falsis cusoribus monetarum, incendiariis, praedonibus, hospitibusque, qui fures hospitio excipere solent, et aliis malefactoribus inter dominos *Siculos* constitutum est, ut iudex regius unacum capitaneo et iudice villatim in omnibus sedibus circumeant, penes quos a qualibet sede duo praecipui homines et duo primipuli eligantur, atque isti de singulis pagis iuramentum exigant et si qui testimonio trium proborum hominum, sive isti in uno pago, sive in pluribus degant, fide mediante in spacio unius anni et dimidii in ejusmodi malefacio deprehensi fuerint, suspendantur.

Si vero ad puniendos ejusmodi fures et alios malefactores ipsi homines delegati vel propter fugam ipsorum furum vel propter aliquam aliam causam non sufficerent, conscripta talium nomina (*így*) ad singula loca statim, ubi deprehensi fuerint, ibidem puniantur.

Si tres primipuli ad unum praecipuum *Siculum* fide eorum mediante testimonium de aliquo simili maleficio fecerint, tales quoque similiter punientur.

Si qui e regnis *Moldaviensi* et *Transalpinensi* equum vel aliud aliquid furto eduxerint, simili pena punientur.

Item res et [bo]na malefactorum, qui personam tantum eorum [pro]prium concernunt, iudici regio capitaneoque et iudici, qui eos puniunt, cedant.

Si qui his constitutionibus dominorum *Sicolorum* contrarii vel obstantes fuerint, amissione honoris et capitis punientur.

Item *dominus reverendissimus locumtenens* agat per literas cum domino waywoda *Moldaviensi*, ut si quis fur vel malefactor in *Moldaviam* penae metu transfugerit, tales ibidem suspendere faciat, si vero uno vel altero anno tales malefactores transfugae iterum redirent, deprehensi similiter puniantur.

Qui vero aliorum uxores, filias vel alias virgines ubi oppresserit, aut ab aliis violenter abstulerit, tales immediate capite puniantur.

Si qui ante remisionem juris alicujus bona arestaverit, aestimatione bonorum arestatorum convicatur (sic !)

Si qui bona aliorum ante remisionem juris violenter abstulerit, ut potentiarii judicentur.

Coloni inter dominos *Siculos* hoc modo armis instructi esse deberent: primipuli res in valore quinquaginta florenorum habentes, equum, galeam, loriam et hastam habeant.

Qui vero res in valore duodecim florenos habent, equum, clipeum, hastam habere teneantur.

Reliqui primipuli, sive habeant res, sive non, equos singuli habere teneantur.

Item ut arma ista quilibet ad tempus carnisbrivi (sic!) in promptu habeat, alioqui puniatur.<sup>1)</sup>

(Egykorú hibás másolat, papíron, a *Brassó városi levéltárban* : Steriner-féle oklevélgyűjtemény I. k. 2. sz.)

934.

*Frater György Bölöni Illyésy Gáspár, Bálint, András és Kozma kérésére meghagyja, Hídvégi Nemes Mihálynak és Ferencznek, Árapataki Geréb Andrásnak és Barnabásnak, hogy Bölön székely falu határát Mogyorós szász falu felé körüljárják és állapítsák meg. Kelt Gy.-Fejérvárt 1547. máj. 8.*

*Frater Georgius episcopus Waradiensis, thesaurarius locumtenens reginalis majestatis et illustrissimi filii sui ac in regno Hungariae et Transsilvaniae judex generalis etc. Egregiis et nobilibus Michaeli et Francisco Nemes de Hídvég, Andreae Gereb de Arapataka, Barnabac similiter Gereb de eadem, salutem cum favore. Dicitur nobis in personis agilium Gasparis, Valentini, Andreae et Cozmae Illjessy de Bewlewn qualiter iidem exponentes rectificatione ac metali reambulatione ejusdem possessionis*

<sup>1)</sup> Az itt közölt végzések kelet nélküliek, de a szövegből, a »dominus reverendissimus locumtenens« emlegetéséből világos, hogy Fráter György váradi püspök helytartósága idejében keltek e nevezetes végzések, valószínűleg az 1545. évi Mindszentek-napján Maros-Vásárhelyt tartott ismeretes országgyűlésen. (V. ö. Szilágyi S. Erd. Oszágygy. Emlékek. — Martinuzzi György 1546. apr. 17-én már Csík- és Gyergyó-szék által erőszakkal a rovatlra kényszeríteni rendeli az ellentálló Orbai és Sepsi széki székelyeket. (Ld. Szék. Okltr. II. k. 74. l.)

*Bewlewn*, a parte possessionis *Monyoros* fienda plurimum indigerent; igitur vos requirimus et nihilominus vobis autoritate nostra, qua fungimur, comittimus, quatenus acceptis statim praesentibus, simul vel duo vestrum sub oneribus alias in talibus observari solitis, ad praedictam possessionem *Bewlewn*, consequenterque metam reambulandarum facies, vicinis et commetaneis ejusdem possessionis inibi legitime convocatis et praesentibus accedere, ac easdem metas per cursus antiquos et signa metalia perambulare, novasque metas juxta veteres, ubi necesse fuerit, erigere, si contradictum non fuerit; contradictores vero, si qui fuerint, evocetis eosdem ad decimum quintum diem a die evocationis vestrae computandum, nostram in praesentiam, rationem superinde reddituros; et post haec vos seriem hujusmodi reambulationis metam cum nominibus et cognominibus vicinorum et commetaneorum, qui praemissae metali reambulatione interfuerint, ac contradictorum, si qui fuerint, nobis terminum ad praedictum fide vestra mediante referre, vel rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restituti.

Datum *Albae Juliae* die dominico in festo scilicet beati Stanislai episcopi, anno domini millesimo quingentesimo quadragésimo septimo.

(A Brassó városi Itrban 454. sz. a. Frater György 1547. nov. 10. eredeti átiratában, abban is a Mikoláéban és a »Palladium« 160. 1. másolatban.)

935.

*Szamosfalvai Mikola László erdélyi viczehelytartó és ítélőmester meghagyja Szt.-páli Komis Miklós, Uzoni Béldi Pál, Köröspataki Káinoki Péter, Szt.-györgyi Daczó Pál, Illyefalvi Daczó Bernát, Dersi Petky János, Zaláni Jankó György, Bessenyi János és Budai János ítélőtáblai jegyzőknek, hogy — miután a megbízottak Bölön és Mogyorós közt a határt megállapítani nem tudták — szálljon ki közlök egy vagy kettő a vitás területre és tanúkihallgatások által állapítsák meg, hogy a két falu között az Olt régi vagy új medre képezi-e az igazi határt. Kelt Szamosfalván 1547. jun. 20.*

*Ladislaus Mýkola de Zamosfalua vicelocumtenens regionalis majestalis et illustrissimi filii sui, ac in regno Hungariae et Trannilvaniae vicejudex generalis etc. egregiis, nobilibus et agilibus, Nicolao Kornis de Zeenthpal, Paulo Beeldy de Uzon, Petro*

1547.  
iun. 20. *Kalnoki de Kewrespathak, Paulo Daczo de Zcenthgjewrg, Bernardo similiter Daczo de Illjeffalwa, Joanni Pethky de Ders, Georgio Janko de Zalan, Joanni de Bessenjew, et alteri Joanni de Buda, sedis nostrae judiciariae notariis, salutem et amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nobis feria secunda proxima post festum beatorum Viti et Modesti martyrum, una cum nonnullis dominis et regni nobilibus, pro faciendo moderativo iudicio, causantibus, in sede nostra judiciaria sedentibus, Joannes Zcewkefalwý pro agilibus Gasparo, Valentino, Andrea et Cozma Illjessý de Bewlewn, cum nostris, ut actoribus, ab una, ac Benedictus Mýske de Havad pro prudentibus et circumspectis villico et juratis civibus ac universitate incolarum possessionis Saxonicalis Monýoros, cum eorundem litteris procuratoriis, veluti in causam attractis, partibus ab altera, juxta continentiam litterarum reambulatoriarum metalium reverendissimi domini locumtenentis domini nostri gratiosi ac nobilium et agilium Michaelis et Francisci Nemes de Hýdweeg, Andreae et Barnabae Gereb de Arapatak, hominum locumtenentionalium, super ipsa metali reambulatione rescriptionalium, in figura iudicii nostri comparentes, quarum quidem litterarum videlicet reambulatoriarum tenor is erat:*

«*Frater Georgius episcopus*» stb. (Ld. fentebb 934. sz. a.)

Rescriptionales vero declarabant, qualiter in personis incolarum possessionis *Monýoros* praemissae metali reambulationi et erectioni contradictum extitisset, et eosdem actores a positione metae et consequenter executione mandati praefati prohibuissent. Quibus exhibitis et praesentatis, continentisique earum perlectis et intellectis, procurator actorum allegavit eo modo, quod homines locumtenentionales metalem cursum per alveum veterem fluvii *Olth* perduxissent, qui ab antiquo metas suas tenuisset, propterea causam non admissae metalis erectionis per in causam attractos sibi reddi postulavit. Hoc audito procurator in causam attractorum respondit, quod ipsi propterea metas erigi facere non permisissent, quod fluvius *Olth* vocatus jurisdictionem dominorum Saxonum a parte dominorum Siculorum terminaret et excederet hominis memoriam, quod illic fluvius principaliter non fluxisset, et quod tempore inundationis aqua ad locum litigiosum excurrere non sit solita, et quod adverso aggere

et munitione quandoque ramum obstruxissent, hoc negare nollet, attamen si etiam fluvius illic defluxisset, nihilominus iurisdicio dominorum Saxonum semper cum fluvio, ubicunque decurrat, terminatur. Procurator actorum ad haec subjunxit, quod hoc verum est, quod fluvius tenet metas, ubi in vero alveo defluit; verum ubi aliorum derivaverit, vetus locus metalis est. Et quia partibus super praemissa differentia metali iusticia fieri non poterat, nisi super earum assertionibus per vos veritas inquiratur: requirimus igitur vos et nihilominus vobis harum serie, auctoritate domini nostri gratiosissimi, qua fungimur, committimus, quatinus tricesimo secundo die, a die praesenti numerando, simul vel duo vestrum ad facies terrae litigiosae convenire, ibique universos testes, quos partes ipsae voluerint, sub onere sedecim marcarum, vestri in praesentiam convocare, ab eisdemque ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque sacrae coronae regni observandam de eo, utrum antiquus locus fluminis Olth pro meta habitus sit, vel praesens fluxus aquae metalem differentiam terminet, nec ne? sciatis, inquiratis et experiamini meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem. Et post haec vos seriem hujusmodi rescitae veritatis, ut fuerit expedita, cum nominibus et cognominibus attestantium ad decimum quintum diem diei attestationis praemissae, nobis fide vestra mediante rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restituti.

1547.  
jul. 22.

1547.  
aug. 5.

Datum in *Zamosfalua* termino in praenotato anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo septimo.

(A *Brassó városi levéltárban* Frater György 1547. nov. 10. átíratában 454. sz. a. és a »Palladium« 160. l.)

936.

*Fráter György ítéletlevele Bölön székely és Mogyorós szász falu határvillongási perében, mely szerint ezután a két falu határáúl, valamint az Olt-menti barczasági szászok és a székelyek állandó határáúl a régi szokás szerint az Olt folyását állapítja meg, bármerre változtassa is meg az folyását. Kelt Gy.-Fejérvárt 1547. nov. 10.*

Nos *Frater Georgius* episcopus Varadiensis, thesaurarius, locumtenens reginalis majestatis et illuustrissimi filii sui, ac in regno

1547.  
nov. 8.

Hungariae et Transilvaniae iudex generalis etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod nobis feria tertia proxima post festum beati Emerici ducis, unacum nonnullis dominis et regni nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus, *Joannes de Zewkeffalva* pro agilibus *Gasparo, Valentino, Andrea et Cozma Illjessy de Bewlewn*, cum nostris, ut actoribus, ab una, ac prudens et circumspexus *Joannes Benknerus iudex Brassoviensis*, item *Benedictus Mjske de Havad*, procurator legitimus, in personis prudentum et circumspectorum villico et juratis civibus ac universitate incolarum possessionis *Saxonalis Monjoros* vocatae, in territorio dominorum Saxonum *Barcza* nominato, quod fluvius *Olth* dictus a parte orientis decurrens concluderet adjacente, ut in causam attractis ab altera partibus, juxta continentiam quarundam literarum adjudicatoriarum egregii domini *Ladislai Mjkola de Zamosfalua*, vicelocumtenentis et vicejudicis nostri generalis in hoc regno Transilvaniae ac egregiorum agilium et nobilium *Nicolai Kornis de Zcenthpal, Joannis Pethky de Bers, Bernardi Daczo de Illjeffalwa et Joannis litterati de Buda*, notarii sedis nostrae iudiciariae hominum scilicet vicelocumtenentium superinde rescriptionalium in figura iudicii nostri comparentium, easdem utrasque litteras nobis in iudicio exhibere et praesentare curaverunt, quarum quidem litterarum adjudicatoriarum tenor talis erat:

«*Ladislaus Mjkola de Zamosfalua*» stb. (Ld. fentebb 935. sz. a.)

Alterae vero literae declarabant, qualiter partes super praedicto articulo probationis in literis adjudicatoriis adjecto attestaciones pro se celebrassent, et testes plurimos attestari fecissent. Quibus utrinque exhibitis et praesentatis, earumque continentiis perlectis et discussis, partes contra se diversas exceptiones intulerunt, siquidem procurator actorum proponebat agrum per fluvii praedicti violentias ablatum et ultra fluvium trajectum, et vicino agro non per alluvionem, sed per rupturam adjectum, juxta decreti contenta debere domino suo restitui, per hocque veterem cursum fluvii pro meta servandum et ditionem dominorum *Siculorum* non praesentem fluminis fluxum, sed veterem alveum terminare; contra iudex praefatus cum suo



advocato ditionem terrae *Barcza* dominorum *Saxonum* multa oratione et allegatione defendebat, et decretorum sanctiones, non inter ditiones duarum nationum, sed inter se et inter ejusdem ditionis incolas, urbes et vicos pro legibus esse; et ex hac occasione, quod fluvius duarum nationum territoria divideret metaliter, decretis minime contrarium esse; allegabat longam praeterea consuetudinem, quam ipsi majoresque sui in hac parte perpetuo usu servassent, pro legibus habendum (habendam helyett!) esse referebat. Nos vero solutis praefatis exceptionibus dicta testium examinavimus, qui in maximo numero ex utraque parte exhibebantur. Cognitis igitur et discussis atque ruminatis attestationibus testium, quorum magna pars de medio dominorum *Siculorum* exhibita est, ex eis plane resultabat accolae fluminis *Olth* ab utraque ditione, scilicet dominorum *Saxonum in Barcza* et dominorum *Siculorum* ab altera parte semper fluminis cursum, quaqua versus directus sit, et in quamcunque ditionem derivaverit, pro meta tentum et usum fuisse, et hoc idem a majoribus quoque suis accepisse, ac se ipsos etiam usos fuisse. Propter quod nos de consilio praedictorum dominorum nobilium, inter territoria duarum nationum, videlicet dominorum *Saxonum in Barcza* et dominorum *Siculorum* ab altera parte pro veteri eorum consuetudine, quae tanto temporum usu vim legis obtinuisse dinoscitur, *fluxum fluminis Olth, quaqua versus derivaverit, in eorum medio pro meta perpetua et insolubili per utrasque nationes tenendum, habendum et perpetuo possidendum decrevimus et adjudicavimus*, prout decernimus et committimus per praesentes jure et justitia mediante.

